


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 833 8° (A-trykket) copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 833 8° (A-trykkel) copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 833 8° (A-trykket) copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 833 8° (A-trykket) copy 1




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 833 8° (A-trykket) copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 833 8° (A-trykkel) copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 833 8° (A-trykket) copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 833 8° (A-trykket) copy 1

3 - 109

LN 833  
A-trykkes  
ex. 1





I  
N  
T  
E  
D  
&  
I

P  
R  
O  
C  
L  
A

A


Hæc est  
ecclesie

A



Demonstratio  
IN D V B I T A-  
TÆ V E R I T A T I S D E  
D O M I N O I E S V , V E R O D E O  
& vero homine , vno Christo , mediatore  
atq; redemptore nostro unico ,  
<sup>E X</sup>  
P R O P H E T I A R V M C O L-  
L A T I O N E A D E V E N T V M  
extructa.

Autore Nicolao Hemmingio.



Iohan. 17.

Hæc est vita æterna , vt te cognoscant D e v M verum  
esse , & quem misisti Iesum Christum.

A N N O   M .   D .   L X X I .

*Fredriander*

R I  
V. I R  
T V T  
pientia  
lum ai  
Car

Ni

Q

cæling  
vero n  
triviali  
summa  
Reddid  
uiorem  
alea, μ  
potand  
cra, (H  
fisindi  
simur



REVERENDO  
VIRO, PIETATE, VIR-  
TUTE, ERUDITIONE, ET SA-  
pientia excellenti, D. Olao Offonio, libera-  
lum artium Magistro, Cantori primario &  
Canonico venerandi collegij Roschil-  
densis dignissimo, veteri amico  
ac collegæ cha-  
rissimo.

Nicolaus Hemmingius.

V A M fuerit nobis ante tri-  
ginta annos, venerade vir,  
conuictus iucundus ( cum  
ego quidem Professor græ-  
cæ linguæ in academia Hafniensi, tu  
vero moderator iuuentutis in schola  
triviali, σύστοι eramus ) sæpius cum  
summa animi voluptate recordor.  
Reddidit autem nobis conuictum sua  
uiorem, non chartarum Lufus, non  
alea, μὴ τῶν ἀλεῖσων συμπεριφορὰ, non  
potandi certamen, non vllæ res ludi-  
træ, ( Hæc enim omnia tanquam Mu-  
sis indigna contemsimus ) sed dulcif-  
sum cum sanctissimo rege Dauide

A 2 col-

E P I S T O L A

colloquium: cuius Psalmi, & in prandio, & in cœna, nostræ erant deliciæ, nostra ambrosia, nostrum nectar, vicem enim τὸν γεύματων supplebant. In hoc dulcissimo colloquio experti sumus verissimum esse, quod de laudibus Psalmorum scribit Gregorius Nyssenus in hanc sententiam. Quām suavis & iucundus est humanæ vitæ comes Propheta Dauid, in omnibus itineribus vitæ sese offerens, & omnibus æstatibus spiritualibus commode sese adiungens, & omnem ordinem progradientiū subleuat: cum ijs qui iuxta deum infantes sunt, colludit: cum viris, vñā certat: iuuentutem moderatur: senectutem subleuat, atque sustentat: omnibus omnia fit, militum telum, athletarum institutor, exercentium se palæstra: vincentium corona, in mensa oblectatio: in luctu & funere consolatio. Nihil est in vita nostra quod huius officij expers est. Hactenus Gregorius. Verum quoniam in quotidiana ista Psalmorum

D E D I C A T O R I A.

rum recitatione multa occurabant,  
quæ prudenti attentione opus habebant, tu cum coniectoribus nostris alijs ( ex quibus nobiscum hodie sunt superstites duo præstantes viri Doctor Iohannes Scheldrupius , Bergensis dioeceseos in Noruegia Episcopus, & M. Laurentius Barptolemæi Arhusensis in Cymbrica Chersoneso Episcopus , vterq; fidelis strenuus & vigilans in suo officio ) mihi , vt recens redeunti, tāquam ex officina D. Philippi Melanchthonis præceptoris mei charissimi , onus hoc graue imposuitis , vt ego Psalmorum recitationem penitus præuiderem , singulos veluti in breuem summam contraherem , genera caussarum monstrarem , ordinem indicarem , partes distinguerem , argumenta eruerem , eruta ad leges dialecticas reuocarem , phrases explicarem , ac deniq; vsum indicarem & πεάξιν . Nihil enim iuuat γνῶσις nulla , nisi accedat πεάξις , quam Paulus αἴδησσαν vocat , videlicet , cum verè

A 3 senti-



9 10

E P I S T O L A

sentitur in corde, quod mente conceptum est. Etsi autem huic tanto labore impar fui, vicit tamen petitio vestra. Onus ergo hoc mihi à te alijsque nostris conuictoribus imponi ideo libenter sum passus, quia sperabam a liquid eruditionis mihi accessurum tanquam ἀντιμεθίαν laboris suscepit, præfertim cum ad imitationem diuini illius viri piæ memoriæ Philippi Melanchthonis præceptoris mei charissimi ἐξηγησιν susceptā formare institerem. Multum enim refert quem in docendo tibi imitandum proponis. Solebat fidelissimus ille formator studiorum in enarratione institutionum Dialecticarum subinde Psalmos adiungere, ut usum artis certius monstraret. Quod profecto ea dexteritate fecit, ut ipsius breues ὑπομνήσεις ingentibus plaustris commentariorum veterum merito anteponantur. Huius ergo viri cum haberem ἀπηχήματα quædam manu mea excepta, non prorsus desperabam de imitatione.

Etta-

Et  
pr  
qu  
xi  
fec  
titu  
ade  
tun  
uer  
rai  
itq  
dun  
nian  
gis  
Qu  
suet  
dile  
mor  
fac  
cer  
vici  
miu  
spir  
rec  
dul

D E D I C A T O R I A

Et tametsi nulla spes erat assequendi  
præuntem : tamen vel à longe se-  
qui , notatis vestigijs, laudem esse du-  
xi. Id quod eò maiori contentione  
feci, quia me vestra auscultādi prom-  
titudine alacriorem fecistis : Atque  
adeo incitastis, vt ab eo tempore to-  
tum me Theologico studio consecra-  
uerim. Ista nostra conuersatio, vene-  
rande vir , & *Ψαλμοχαρεσ* studium fu-  
it quidem tum temporis nobis iucundum , at nunc multo iucundius: quo-  
niam lectione Psalmorum senes ma-  
gis quàm iuuenes delectari solemus.  
Quod autem huius veteris nostræ cō-  
suetudinis mentionem faciam, frater  
dilecte, eo pertinet, vt eius comme-  
moratione iuuenes ad simile in men-  
sa certandi studium excitem, in quo  
certamine non minus victus quàm  
victor gaudet. Nam vtriq; dulce præ-  
mium proponitur. Siquidem vterq;  
spiritualibus delicijs fruitur, & nécta-  
re cœlesti inebriatur. Porrò vt huius  
dulcissimæ nostræ consuetudinis me-

A 4 mo-

e con-  
ntola-  
tio ve-  
lijsque  
ideo li-  
bam a-  
essurum  
uscepti,  
em diui-  
Philippi  
nei cha-  
re insti-  
tutum  
t quem  
propo-  
rmatore  
stitutio-  
Psalmos  
us mon-  
xterita-  
nos in-  
eriorum  
ir. Hu-  
mena  
ca, non  
atione.  
Erra-

E P I S T O L A

moria , & tuorum beneficiorum erga  
me testimonium aliquod extaret, pla-  
cuit hoc breue scriptum sub auspicio  
tui nominis in lucem edere. Quod  
sane scriptum eo consilio à me con-  
gestum putas , vt multorum mores,  
quos parum respondere Christianis-  
mo ( quem Nyssenus doctissimè defi-  
nit imitationem Dei ) animaduerti,  
quantum in me est corrigerem. Nam  
quod homines multi , qui Christiani  
audiunt , viuant Epicuros , Sardana-  
palos , Nerones , aliunde proficiisci nō  
arbitror , quām quod occultum sub  
pallio Christiani nominis epicurismū  
tegant : quem epicurismum exuti  
melius non putabam , quam si demon-  
strarem iusta methodo , quam indu-  
bitata sit Christianæ religionis veri-  
tas : quam tametsi multi verbis pro-  
fentur , factis tamen negant. Dein-  
de volui etiam hoc scripto ostendere  
mēam sententiam de quibusdam cō-  
trouersijs horum temporum , quo in-  
telligant fratres , cum quibus colloqui  
mihi

D E D I C A T O R I A.

mihi non datur, quantum abhorream  
ab Arrij, Sabellij, Nestorei, Eutyche-  
tis & aliorū olim damnatis furoribus,  
qui hodie reuocari à nonnullis viden-  
tur. Quod autem illorum nōmīnibus  
parcam, qui mihi cum veteribus hæ-  
resiarchis quodammodo, (et si non  
verbis, consecutionis tamen necessi-  
tate) colludere videntur, pacis stu-  
dio facio: sperans fore, ut citius ami-  
cè & ἀνώνυμοι admoniti in viam rede-  
ant, illi præsertim qui incauti se in  
istos præcipitarunt laqueos. Hic di-  
es, proh dolor, satis docet, quantum  
scripta asperiora in fratres noceant  
ædificationi & concordiæ Ecclesiæ  
Dei. Doleo ex animo, quoties audio  
eos, qui vnā bella suscepérunt aduer-  
sus Antichristi regnum pro Christi  
gloria vindicanda, se mutuis & vene-  
natis telis confodere. Quid hic, quæ-  
so, sperandum? profecto nihil aliud,  
quam ut Principum animi paulatim  
rīxis Theologorum fatigati alienen-  
tur ab Euangeliō, & hostes doctrinæ

A 5 purio-



9 10

E P I S T O L A

purioris triumphent tandem , vt inter-  
rim taceam Turcico tyranno istis cō-  
certationibus viam aperiri ad inua-  
dendum. Christianū orbem , ad quod  
classicum canunt multi sub specie de-  
fendendæ veritatis. Verū si hic præce-  
ptorem suum Philippum sibi imitan-  
dum proponerent , melius consule-  
rent tranquillitati Ecclesiæ. Quoties ,  
quæso , lacesitus erat sanctus ille vir  
mordaciorib. scriptis ? sed quid fecit ?  
pacem Ecclesiæ prætulit priuatæ in-  
iuriæ. Nam cum præuideret certa-  
mina domestica allatura esse Eccle-  
siæ & regnis ingentia pericula , ma-  
luit domi orare , quam foris tonare.  
Potius voluit tacitus à suis hostibus  
contemni , quam victor cum pericu-  
lo Ecclesiæ gloriari. Fertur hæc Da-  
uidis verba frequenter in ore habuif-  
se : illi detrahebant mihi , ego autem  
orabam. Hoc si hodie quidam face-  
rent , tranquillior sperandus esset Ec-  
clesiæ status , & felicior cursus Euan-  
gelij , quem nunc zelo quodam im-  
pedi-

pe  
vu  
qu  
&  
at  
fca  
sch  
om  
cel  
I  
&r  
æte  
Spu  
ria  
æte  
dev  
nic  
lude  
per  
tibi  
mu  
ang  
ille  
við  
cat

D E D I C A T O R I A.

pediunt. Sed his tristissimis Ecclesiæ  
vulneribus solus Deus mederi potest,  
quem oro toto pectore ut docentium  
& discentium in Ecclesia corda vni-  
at in vero timore nominis sui, tollat  
scandala, impedit hæreses, amoueat  
schismata, vt ipsius nomen à nobis  
omnibus ὁμοθυμαδὸν prædicetur ac  
celebretur per Dominum nostrum  
I E S V M C H R I S T V M , mediatorem  
& redemptorem nostrum vnicū. Huic  
æterno Deo , qui est Pater & Filius &  
Spiritus sanctus, sit honor laus & glo-  
ria in secula seculorum , & in omnem  
æternitatem, Amen. Vale reueren-  
de vir ac frater in Christo dilecte. Bo-  
ni consule hoc chartaceum munus, il-  
ludq; grata manu accipe. Quod etsi  
perexiguum est : tamen eius lectionē  
tibi gratam fore mihi polliceor. Ex  
museo nostro , ipso die castissimorum  
angelorum, quorum dux est magnus  
ille Michaël filius Dei , in quo nostra  
victoria super diabolo mundo & pec-  
cato posita est. Anno 1571.

I  
in l  
tar  
fra  
& a  
& c  
uer  
res  
Dei  
perf  
Dec  
sto i  
um  
muc  
doct  
tum  
men  
vt c  
con  
tern  
fanç  
phet  
stati  
ordi

E

## ΠΑΡΑΣΚΕΥΗ.

M P R I M I S & ante omnia tenendum est, quo fundamento doctrina Ecclesiæ in libris Propheticis & Apostolicis tradita nitatur. Hoc enim bene iacto, demonstratio certitudinis Messiæ olim promissi & ante annum 1571. exhibiti & dulcior & charior erit. Nam ut armabit nos aduersus Mahometicos & Epicureos furores : ita introducet nos in pulcherrimum Dei sanctuarium , in quo summa læticia perfundantur corda eorum qui adhærent Deo , & collocant in Domino Iesu Christo spem suam. Ne igitur extra sanctuarium Dei sanctum , opinionibus cum bona mundi parte fluctuemus , fundamentum doctrinæ Ecclesiæ firmissimum & immotum teneamus. Sunt autem huius fundamenti duæ partes adeo euidentes & firmæ vt cum illis nulla philosophica certitudo conferri possit, videlicet testimonium externum & interna certificatio per Spiritum sanctum. His enim Deus doctrinam Propheticam & Apostolicam tanquam maiestatis suæ sigillo confirmat. De his ergo ordine dicemus.

Externum voco testimonium quod in sensus

2

sensus hominum incurrit, ut veritatis cœlestis splendorem ad mentem transmittat. Huius externi testimonij partes sunt plures, ut sunt patefactio diuina, miraculorum excellentia, certissima prophetiarū completio, consensus in doctrina & cultu, tanti temporis duratio, ac cruenta plurimorum Martyrum confessio.

Etsi autem singulæ harum partium per se sufficerent ad euincendam doctrinæ Ecclesiæ infallibilem certitudinem : tamen optimo Deo placuit tot modis nostræ infirmitati succurrere.

Prima igitur pars externi testimonij est patefactio diuina, per quam Deus ipse de sua arcana sede procedens, se olim sanctis patribus patefecit: Quibus suum verbum, quod solum Ecclesia Dei amplectitur, commendauit de sui noticia, de vero cultu, de reparatione imaginis Dei in homine, per naturalem & essentialem imaginem Dei, Iesum Christum Dominum nostrum, de præmijs obœdientiæ erga Deum & pœnis contumaciæ. In omnibus hisce apparitionibus diuinis, eadem doctrina alijs atq; alijs verbis inculcatur.

Tametsi autem Dominus s̄pissime apparuisse legitur, nos tamen paucas eius apparitiones recitabimus: in quibus sum-

mam

mam doctrinæ Ecclesiæ proponit, inculcat, illustrat.

Primum itaq; Adamo post lapsum apparuit Gene. 3. & doctrinam Legis & Euangeli primus sua voce tradidit. Quod enim pœnas inflxit ob contumaciam primis parentibus nostris, in perpetuū testimonium iræ suæ aduersus peccatores, ad legem pertinet. Quod autem promisit semen mulieris contritum caput serpantis, vox Euangeli est. quæ fidem requirit. Omnis enim promissio fide accipitur. Ex hac fide nouam obœdientiam Adam, Euæ & Abel præstiterunt. In hac doctrina tradita primis parentibus semper acquiescit Ecclesia Dei. Hanc perpetuò amat, retinet, tuetur. Et sicut eam à maioribus accepit, ita transmittit ad posteros.

Deinde Deus apparuit Nohe, Gene. 6.  
7. 9. ac facto stupendo vtramq; doctrinæ Legis & Euangeli confirmauit. Nam cum impœnitentes diluvio perdidit, legis suæ sententiam executus est : At cum Nohe credentem verbo suo, & obœdientem sibi fide liberat, testimonium edidit seruatæ promissionis gratiæ, quæ est Euangeli.

Post diluvium, vt doctrinam, hominum malicia quæ inundauerat iam super terram, ferè collapsam instauraret, apparet



9 10

ruit Abrahamo decies, eius filio Isaac bis, Nepoti Iacob septies. In quibus apparitionibus eadem doctrina est proposita, & promissionis verbum clarius illustratum est, iustificationis gratuitæ ratio in Abrahamo proposita est, & obœdiendi necessitas monstrata.

Post hæc, in Aegypto Moysi apparuit Dominus, eademq; doctrinam repetit, & confirmat, facto declarans discrimen inter cœtum hominum verbum suum amplectentium, & reliquum mundum perseverantem in sua aduersus Deum contumacia. Præterea multis Prophetis idem verbum Dominus in visionibus & in somnijs apparens commendauit.

In nouo quoq; Testamento idem Deus suum verbū sonuit de cœlo, & proprio ore nobis Christum doctorem commendauit, dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacuit, hunc audite. ac si diceret: Olim promisi semen mulieris destructurum caput serpentis, & reparaturum imaginem meam in homine, sublata legis maledictione, Ecce hic adest, eum audite, quibus vita & salus cordi est. In hoc enim nihi complacui, hoc est, per hunc reconciliatus sum mundo, id est omnibus ijs, qui ipsum fide receperint.

Ad

Ad hanc patefactionem diuinam pertinet dictum Iohannis. Iohan. 5. Tres sunt qui testimonium perhibent in cœlo, pater  $\lambda\delta\gamma\sigma$  & Spiritus sanctus. & hi tres vnum sunt. Pater enim sonabat de cœlo hanc vocem : Hic est Filius meus dilectus, idque bis scilicet in baptismo & in transfiguratione. Filius ascendens visibiliter in cœlum, & sedens ad dexteram patris, testatus est de Euangelio, non solum dum in terris ageret visibiliter diuinis operibus : sed etiam cum Ecclesiam mirabiliter conferuat. Spiritus sanctus in baptismo Christi in specie columbae testatus est de Christo & eius Euangelio, & visibiliter illapsus in Apostolos ipso die Pentecostis, hoc est, quinquagesimo à resurrectione Domini die, sua apparitione Euangelium obsignauit.

Hæ omnes apparitiones cum multis alijs, vna cum angelorum concionibus & reuelationibus nostræ infirmitati inseruire debent, vt confirment animos nostros, ne cedamus imposturis diaboli, qui cum omnib. Sophistis, Mahometistis, incredulis Iudæis, prophaniisque gentibus in hoc totus incumbit, vt nos ab isto verbo tot apparitionibus Dei nobis commendato abstrahat : Quemadmodum nostros pri-

B mos

lio Isaac bis,  
iibus appari-  
proposita, &  
is illustratum  
ratio in Abr-  
ediendi neces-

Mosi apparuit  
nam repeatit, &  
discrimenin-  
um suum am-  
pliandum per-  
deum contu-  
peritis idem  
us & in som-

ento idem De-  
xlo, & proprio  
rem commen-  
neus dilectus,  
unc audite. ac  
men mulieris  
itis, & repar-  
homine, sub-  
cce hic adest,  
salus cordi est.  
i, hoc est, per  
undo, id est  
eceperint.

Ad



9 10

mos parentes, à verbo vitæ quod acceperant, abstraxit insidiosis suis imposturis verbum Dei corrumpens.

**S E C V N D A** pars externi testimonij est varietas miraculorum, hoc est, peculiariū & extraordinariorum operū Dei: quibus diuinæ clementiæ placuit verbum suum consignare. Sunt autem miracula, quæ vltra virtutem creatam, supra naturam, contra consuetudinem, obijciunt aliquid sensibus, quod in admirationem diuinæ maiestatis adducit. Huiusmodi miraculis & diuinis operibus Deus Legem & Euangelium quatuor annorum milibus confirmauit. Etsi autem alia sunt veteris, alia noui Testamenti miracula: Tamen omnium unus est scopus, unus finis, nempe ut confirment veritatem Dei, hoc est, doctrinam Legis & Euangelij, atq; adeo veri cultus Dei.

In veteri testamento ante diluuiū, duo insignia miracula occurrunt. Primum, in oblatione Abel & Cain, quo Legem & Euangelium diuinitus confirmauit Deus. Non respexit Deus ad Cain sed ad Abel. Ille enim hypocrita fuit lege damnatus, hic pius, per fidem in promissum semen, declaratus est. Sed quomodo Dominus respexit? miraculo ignis, quo accende-

batur

batur h  
tum sib  
ter ign  
confirm  
Dei. Pr  
crificiū  
sumtum  
cīdit vult  
tris: que  
extremo  
Secun  
sus consu  
adipes: C  
laudaueru  
lo demissi  
vsque ad  
nis: Qu  
de cœlis,  
nasse, vt I  
Tertio  
nis ignis c  
holocaust  
ni impleu  
Quarto  
igne ē ca  
etina Eli  
in monte  
censa fue  
& ad sig

batur hostia Abelis, declarauit istum cultum sibi placere. Legimus autem quater igni cœlesti accensas esse victimas in confirmationem doctrinæ, & veri cultus Dei. Primum, ( de quo iam diximus ) sacrificium Abelis igni de cœlo demisso absumtum est, quod cum videret Cain, concidit vultus eius, & cogitauit de nece fratris: quem postea imitati hypocritæ pios extremo prosequuntur odio.

Secundo Leuit. 9. ignis cœlitus demissus consumsit super altare holocaustum & adipes: Quod videns vniuersus populus laudauerunt Dominum. Hic ignis è cœlo demissus in sacrificium Aarons durauit usque ad constructionem templi Salomonis: Quo tempore rursus renouatus fuit de cœlis, & durauit usque ad tempora Manasse, vt Hebræi sentiunt.

Tertio in dedicatione templi Salomonis ignis descendit de cœlo, & absumfit holocausta & victimas, & maiestas Domini impleuit domum, 2. Paral. 7.

Quarto Eliæ sacrificium absumtum est igne è cœlo misso, quo confirmabatur doctrina Eliæ, qui cum Domino locutus est in monte. Hic ignis cœlestis, quo accensa fuerunt sacrificia patrum, pertinet & ad significandam efficaciam sacrificij

B 2 Chri-

Christi , & ad obsignationem doctrinæ & cultus eorum , qui offerebant . Secundum in Enoch , quem virum Dominus ē confortio hominum sustulit in cœlum , quo facto Deus doctrinam Euangelij confirmat , & signum edidit de futura vita , quæ credentibus est promissa .

Prætereo miracula Diluuij , confusonis linguarum , Partus aniculæ Saræ , Ardentis rubi in Aegypto , virgæ in colubrū versæ , decem mirabilium per Mosen editorum ante exitum de Aegypto , exiccati maris rubri & Iordanis , euersionis Iericho , legis datæ in monte Sinai , iejunij Mosis , colloquij Mosis cum Deo , Miraculosæ pœnæ Choræ Datan & Abiron , percussorum à serpentibus , sanatorum ex intuitu suspensi serpentis ænei , Aquæ manantis de petra , populi diuinitus sustentati per Manna cibum cœlestem in deserto 40. annis , vbi nec vestes , nec calcei detriti sunt . Prætereo , quæ sub Iosua , sub iudicibus , sub regibus , & ducibus contigère diuina miracula usque ad aduentum Domini .

Noui testamenti miracula non sunt minus stupenda . Primum occurrit sterilis aniculæ Elizabetæ partus . Deinde virginis Mariæ : uterque ab angelo annuntiatus , non sine perpetuæ doctrinæ ecclesiæ commendatione

datio  
Ang  
facta  
natio  
tuoru  
ctio I  
tio, q  
nem I  
rumq  
dita n  
Ha  
ment  
Dei. It  
signū ii  
in ocul  
ore tu  
michi i  
rum. I  
operib  
filio su  
& verb  
Ter  
simat  
calyp  
ritus  
qui va  
verbū  
quod  
Iacob

datione & confirmatione. Sequuntur & Angelorum conciones, Magorum stella, facta Christi diuina, eaque plurima, vt sanationes ægrotorum, suscitations mortuorum, apparitiones in monte, resurrectionis Domini, visibilis Spiritus sancti donationis, quinquagesimo die post resurrectionem Domini, & multa per Apostolos, eorumque successores in nomine Christi ædita miracula.

Hæc omnia cum veteris, tū noui Testamenti miracula sunt testimonia veritatis Dei. Ita enim ait Moses, Exo. 13. Erit quasi signū in manu tua, & quasi monumentum in oculis tuis, vt lex Domini semper sit in ore tuo. Num. 14. usquequo non credent mihi in cunctis signis quæ feci in medio eorum. Iohan. 8. Si mihi non creditis, credite operibus meis. Vidua 3. Reg. 17. excitato filio suo dixit: Nūc scio quod vir Dei es tu & verbum Domini in ore tuo verum est.

Tertia pars externi testimonij est certissima Prophetarū cōpletio. vnde in Apocalypsi scribitur: Testimoniuū Iesu, est spiritus prophetiæ. Et Iere: 28. Propheta, qui vaticinatus est de pace, cum euenerit verbū Prophetæ cognoscetur Propheta, quod miserit eum Dominus in veritate. Iacob de regno Iuda, & aduentu Christi

B 3 vati-

4

9 10

vaticinatur, & euentus Prophetiæ respon-  
dit: Balaam de Christo sub imagine stel-  
læ prædixit, cuius vaticinij veritatem euen-  
tus comprobauit, vt testatur magorum  
historia apud Mattheum. Esaias prædixit  
virgineum partum, quem completum  
testatur Euangelica historia. Danielis de  
quatuor Monarchijs prædictio comple-  
ta est. Hic Propheta annum passionis  
Christi, & incoandi æterni regni quasi di-  
gito monstrauit. Dauid, Esaias, Oseas, &  
multi alij Prophetæ de vocatione gétium  
prædixerunt. Hic cum euentus, qui à nul-  
la creatura prospici poterat, vaticinijs pro-  
pheticis respondeant, manifestū est à Deo  
monstratos esse, & vocem Prophetarum,  
quæ in ecclesijs nostris hodie sonat, diui-  
nā esse. Hac igitur congruentia prædictio-  
num & euentuum confirmati, firmissime  
statuamus, doctrinam ecclesiæ à Deo tra-  
ditam esse. Augustinus ait firmitas fidei in  
eo est, quia omnia, quæ euenerunt in Chri-  
sto, prædicta sunt.

**Q**UARTA pars externi testimonij, est  
consensus Mosis, prophetarū, Christi, Apo-  
stolorū ac catholicæ totius ecclesiæ in do-  
ctrina & cultu. Nā hi omnes vñanimi con-  
sensu eandem legis & Euangelij doctrinā  
eandēq; colēdi Deū rationem tenuerunt.

Neque

Nequ  
moni  
tione  
tæ ha  
ferun  
Q  
durati  
sioni a  
si hac  
lo, nec  
sus to  
reticc  
infidij  
posueri  
dictum  
ex hor  
S ix  
ta cōfe  
ad Chr.  
vñq die  
supplic  
doctrin  
infring  
bus m  
ribus  
Nā del  
veluti i  
marty  
Inte

netia respon-  
imagine stel-  
ritatem euen-  
ur magorum  
saias prædictis  
completum  
a. Danielis de-  
ictio compli-  
num passionis  
regni quæ  
saias, Oseas &  
ione gétium  
us, qui à nul-  
lificinjjs pro-  
stū est à Deo  
rophetarum,  
ie sonat, diui-  
nitia prædictio-  
ni, firmissime  
sia à Deo tra-  
rmitas fidei in-  
nerunt in Chri-  
testimonij, ell  
ū, Christi, Apo-  
ecclisia in do-  
vnanimi con-  
gelij doctrini  
n tenuerunt  
Neque

Neque hunc consensum diuersitas cere-  
moniarum turbat, quæ pro temporis ra-  
tione mutata sunt, neque subinde sub or-  
ta hæreses. Nam qui verè pij fuerunt mā-  
serunt semper in fundamento.

**Q** u i n t a pars externi testimonij, est  
duratio & cōseruatio ecclesiæ, quæ pmi-  
sioni ac prædictioni Christi respōdet. Nā  
si hæc ab hominibus fuisse, vel à Diabo-  
lo, nequaquam tot annis perdurasset, aduer-  
sus tot tyrannorū insultus, contra tot Hæ-  
reticorum sectas, & in tantis Sophistarum  
insidijs, quibus mūdus & Diabolus se op-  
posuerūt ecclesiæ, & doctrinæ cœlesti. Huc  
dictum senis Gamalielis, Act. 5. pertinet: Si  
ex hominib. est opus hoc, dissoluetur. &c.

**S**exta pars externi testimonij est cruē-  
ta cōfessio tot Martyrū inde usq; ab Abel  
ad Christū Dominum, Et ab hoc in hunc  
usq; diem. Nequaquam enim tam atrocia  
supplicia subiijssent, pro incerta & erronea  
doctrina. Neq; hoc testimonij genus ex eo  
infringitur, quod Enthusiasmis nescio qui  
bus multi impulsi nō dubitarūt pro erro-  
ribus suis confirmādis mortē oppetere.  
Nā defuerūt illis supiora testimonia, quæ  
veluti regula sunt ad quam probāda sunt  
martyria. haec tenus de externis testimōijs.

Interna certificatio nō est exposita ocu-

B 4 lis

lis hominum, sed cordibus hominum impressa, certificat homines de firmitate doctrinæ Ecclesiæ, multò efficacius quām omnia superiora. Hæc certificatio est arrhabo seu pignus Spiritus sancti, quo ob-signantur corda fidelium de veritate Euangelij. Huc illud Iohannis, 1. Ioh. 5. pertinet: Tres sunt qui testificantur in terra: spiritus, aqua, & sanguis. Et hi tres vnum sunt. Spiritus est credentium persuasio, qua conuincuntur in suis cordibus de veritate Euangelij Christi & certitudine. A qua est ipsa regeneratio & sanctificatio, qua sentitur præsentia spiritus Christi. Sanguis est iusticia, id est, expiatio peccati per sanguinem Christi, & iusticiæ Christi imputatio. Hinc nascitur ineffabile gaudium in cordibus piorum, & gustus quidam æternæ vitæ sentitur, quem præferunt pij omnibus mundi delicijs & diuitijs.

Hoc duplii testimoniorū genere confirmati sancti, laudant D e v m & prædicant ipsius misericordiam & veritatem, quæ tam multis diuinis testimonijs ipsis confirmata est, vt amplius vacillare non possint, & simul precantur Deū, vt opus quod operatus est in ipsis confirmet, vtq; abundant indies magis magisque in omni cognitione & sensu. Hoc iacto fundamento

ment  
Apol  
Chri  
lim p  
flūsin  
rante

Is  
vnici  
solum  
de Me  
phetis  
In sc  
natum  
1571  
de Me  
phetis  
Igit  
natus  
1571.  
vnicus  
Pro  
Deun  
enim  
Aff  
troue  
Illien

mento veritatis doctrinæ Propheticæ & Apostolicæ, ἀπόδεξιν certitudinis de Iesu Christo, qui est verus & vnicus Messias olim promissus, & natus Bethlehem ex castissima virgine, ante annum 1571. impe- rante Augusto concludamus.

AΠΟΔΕΙΣΙΣ.

Is solus absq; omni dubio est verus & vnicus Messias & Saluator mundi, in quē solum congruit quicquid prædictum est de Messia à Mose & omnibus alijs Prophetis Dei.

In solum Iesum Mariæ virginis filium natum Bethlehem in Iuda ante annum 1571. congruit quicquid prædictum est de Messia à Mose & omnibus alijs Prophetis Dei.

Igitur solus Iesus Mariæ virginis filius natus Bethlehem in Iudæa ante annum 1571. est solus absq; omni dubio verus & vnicus Messias & Saluator mundi.

Propositionem recipiunt omnes qui Deum & scripturam non negant. Nititur enim immoto fundamēto quod iecimus.

Assumptio est κεινόυμα, de ea enim controuertitur inter Iudæos & Christianos. Illi enim Assumptionem impudenter con-

B 5 tra

etra conscientiam propriam negat. hi, modo vere sunt quod audiunt, firmissimum esse norunt, ea demonstratione nitentes quæ sequitur.

K P I Σ I Σ.

Demonstratio quā posuimus, ut ab una parte fulcitur certitudine verbi Dei, quod in Mose, psalmis & Prophetis traditū est: ex qua certitudine ipsa demonstrationis propositio pendet: ita ab altera parte firmissimo consensu Mosis, psalmorum & Prophetiarum de Christo cum eiusdem historia roboratur, adeo ut ne diaboli quidem possint hunc consensum negare, quo consensu, demonstrationis quam posuimus, assumptio nititur. Quoniam ergo Moses, Psalmi, Prophetæ, atque adeo vniuersa scriptura, vnum & eundem scopum, nempe Christum habent, de quo nō uno modo sed varijs tractant: & firmitas fidei nostræ, ut iam diximus, ex eo dependet, quod omnia in Iesum quē Christum agnoscimus & confitemur, quadrant, quæ scripturæ de Christo prædixerunt: operæ precium me facturū puto, si monstrauero methodum saltem informandæ tabulæ, in quā omnia, quæ de Christo passim in scripturis occurrunt, cū in veteri testamento,

tum

tum ir  
teris  
runt:  
doctri  
gustini  
omnia  
& a sunt  
Vt ai  
dition  
mus in  
summa  
omnia  
runtur,  
quasi  
partes ir  
vt ita ta  
neamui  
limites i  
quum. E  
Prophet  
omnia c  
bile luce  
fidē con  
adeo no  
diabolc  
mahom  
proph  
& costar  
filium a

tum in nouo, (quod nihil aliud quam veteris complementum est) referri poterunt: ex quorum consensu concluditur doctrinæ ecclesiæ firmitas. ita enim Augustinus dicit: firmitas fidei in eo est, quia omnia quæ euenerunt in Christo prædicta sunt.

Vt autem hunc consensum videlicet prædictionum de Christo & euentu habeamus in conspectu, primum omnium duo summa capita constituamus: sub quibus omnia quæ de Christo in scripturis referuntur, subiçtantur: Deinde hæc capita quasi *arcula pīa* quadam in suas partiamur partes maiores minores atque minimas, vt ita tanquam intra certos limites continemur, cogitantes de Christo: extra quos limites nihil de Christo quærendū sit reliquum. Hæc cum videmus habere Mosis, Prophetarū omniū summū cōsensum, atq; omnia cōgruere cū historia Christi, mirabile lucē in mentibus nostris accendent, fidē confirmabunt, spem augebunt, atq; adeo nos, aduersus omnes hostes Christi diabolos & homines, Iudæos incredulos, mahometistas, atq; adeo aduersus omnes prophanas gentes armabūt, vt intrepide & cōstanter hūc vñū Iesum Mariæ virginis filium agnoscamus Christum Saluatorē & redem-

legat hi, mo-  
, firmissimum  
ione nitentes

imus, vt ab una  
verbi Dei, quod  
est traditū est;  
l'emonstratiois  
altera partē.  
psalmorum &  
cum eiusdem  
vt ne diaboli  
nsum negare,  
onis quam po-

Quoniam er-  
e, atque adeo  
& eundem sco-  
vent, de quo nō  
ant: & firmitas  
s, ex eo depen-  
n quē Christum  
quadrant, quz  
ixerunt: operz  
si monstrauro  
indæ tabula, in  
passim in scri-  
rit testamento,  
tum

redemptorem à patre nobis donatum , & certo tempore secundum scripturas exhibitum. Quando enim , vt ait Paulus venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum natum de muliere , factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret.

Capita illa duo sub quibus diximus omnia contineri , quæ scripturæ habent de Christo , sunt S I G N A & V E R B A . Per signa repræsentat dominus externis sensibus , quæ verbis ad animum transmittit , vt ita nostræ infirmitati consulat , quo pleniū erudiamur , & perfectius cognoscamus , quæ & sensibus & mente apprehendimus. Signa docent , vt rerum symbola : verba , vt symbolorum interpretes. Nam si signis tantum nobiscum egisset Dominus , obscurior fuisset cognitio. Si verbis solummodo , obliuionis periculum fuisset. Quare coniunxit & signa & verba , vt mutuis auxilijs nostram infirmitatem subleuarent , & memoriam iuarent. Pythagorici qui symbolis solummodo contenti erant à paucis sunt intellecti. Alij qui verbis solummodo egerunt in obliuionem venerunt : ideo Deus , in scripturis & symbola & verba coniunxit , vt mutuis stent auxilijs , veritasq; manifestior in vtrisq; eluceat.

De

D  
P  
bi  
quod  
rant.  
videlic

Del  
& oster  
stum ex  
quam iu  
postea

D  
Porp  
mundi,  
dæoru  
quod  
lem la  
grata  
potest  
lebetu  
sen &  
ligion

## DE PRIMO CAPITE.

**P**RIMVM caput signorum facio, quibus sensus instruuntur, vt ipsi vicissim quod percepérunt ad mentem transfrerant. Subijcio autem huic capiti quatuor, videlicet,

Sacrificia.

Sacramenta.

Typos.

Miracula.

De hisce quatuor breuissimè dicemus, & ostendemus, quomodo hæc nobis Christum exhibeant, & commonstrent, & tanquam inuolucris quibusdam tectū : quem postea verba clarius exhibebunt.

## DE SACRIFICIIS.

Porphyrius, Julianus & alij sapientes mundi, intuentes sacrificia, & victimas Iudæorum, & non intelligentes mysterium, quod sub illis latebat, iudicarunt crudelēm Ianienam esse, Deo optimo minimè gratam. Quomodo enim, inquit, fieri potest, vt clementissimus crudelitate delectetur & colatur. Ob hāc caussam & Mosen & Prophetas atq; adeo vniuersam religionem deriserunt vt stultam, quam sana

ratio

D

ratio improbet atq; execretur. Verum si penitus mysteria ex verbo Dei rimati fuissent, sumمام sapientiam Dei, in istis externis elementis, deprehendissent, & cortice detra&to, nucleus Christum inuenissent in propriā salutem, sine quo vana sunt sacrificia. Neq; brutorū animalium mactatio & combustio, dicenda est crudelis laniena, cum hominibus in salutem & commodū seruit. Sunt enim bruta propter homines, vt res omnes huius mundi. Nos ergo, vt Christū sub his sacrificijs tecū inueniamus, Duo considerabimus in sacrificijs, nempe Analogiam & vsum.

Analogia seu symbolica significatio sacrificiorum veteris testamenti duplex in genere fuit. Prior (quæ ad conditionem omnium hominum pertinet) Mactatio & occisio bruti animalis, significabat naturā humanā, & iumentis brutis per peccatum similem factam esse: Iuxta psalmum: Homo cum in honore eslet non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. & morti propter peccatum destinatum fuisse, & inde non potuisse liberari, nisi per victimam aliquam expiatoriā, qua iusticiæ diuinæ satis fieret, atq; ita Deus placaretur. Posterior (Christi beneficiū spectans) Oblatio animalis

malis  
hosti  
mori  
tepla  
nō p  
bat, &  
num S  
lit, &  
stra, al  
ent in  
Flami  
stisup  
cēlum  
tua effi  
quatuo  
Christi  
tura si  
tionen  
tum mi  
Sed h  
num Cl  
tum fac  
tum p  
tiām r  
eadēq;  
vt mag  
stadio:  
comm  
vt sine  
malis

etur. Verum f  
rbo Dei riman  
tiam Dei, in istis  
rehendissent, &  
im Christum in  
em, sine quo va  
brutorū animali  
stio, dicenda et  
omnibus infi  
Sunt enim bra  
omnes huius m  
sub his sacrificijs  
considerabimus  
egiam & vsum.  
a significatio sa  
menti duplex in  
ad conditionem  
tinet) Mactatio &  
gnificabat naturi  
tis per peccatum  
ta psalmum: Ho  
et non intellexit  
s insipientibus, &  
& morti propt  
ille, & inde nor  
er victimam ali  
ficiz diuinæ sati  
etur. Posterior  
(s) Oblatio ani  
malis

malis in ara, significabat & Christū veram hostiam leuandum esse in aram crucis, & moriturū pro peccatis nostris, cuius morte placaretur pater tanquā preciosissimo λύτρῳ pro peccatis soluto. Ignis adumbrabat, & puritatem sacrificij Christi, & æternum Spiritum Christi, per quem se obtulit, & efficaciam Christi, qua corpora nostra, absorpta morte, in victoriam, induent incorruptionem & cœlestem puritatē. Flammæ subleuatio sursum, victoriā Christi super morte & diabolo, & eiusdem in cœlum ascensum, figurabat, cum perpetua efficacia. Quod hostia mouebatur ad quatuor mundi cardines, significabat, ϕ Christi victima, pro toto mundo esset futura sufficiens, iuxta Iohannis interpretationem, qui ait: Agnus Dei tollit peccatum mundi.

Sed hic quæritur, cum significabatur unum Christi sacrificium, cur non vnu tantum sacrificij genus erat diuinitus institutum? Ad hanc quæstionem in hanc sententiam respondet Augustinus. Sicut res una eadēq; varijs & diuersis verbis inculcatur, ut magis cōmendetur, & audiatur sine fastidio: Ita vnum Christi sacrificium multis commendatum erat in veteri testamento, ut sine fastidio, & intelligentes magis ma  
gisq;

gisque venturi Christi admonerentur, & rudes in tanto sacrificiorum numero unum saltem innenirent, quo, quod futurum promitteret, intelligerent. Vsus sacrificiorum veterum, in hominibus qui offerebant, hic erat legitimus & verus. PRIMVM, offerentes, & intuentes cruentem suorum sacrificiorum admonebantur, cum suorum peccatorum, tum reatus coram Deo: iuxta dictum Apostoli ad Hebræos. In ipsis, scilicet sacrificijs, commemoratio peccatorum singulis annis fiebat. Per sanguinem enim reatus sui, per mortem victimarum, pœnæ admonebantur. DEINDE animam leuabant ad cogitandam promissionem victimæ Christi olim futuræ, quæ non figura, sed veritate esset expiatoria & satisfactoria pro omnibus peccatis, ut postea non esset locus alij hostiæ, sed illa vna sanctificarentur omnes in perpetuum. TUM ex huius futuræ victimæ cogitatione accendeatur fides in mediatorem, offerētem se pro peccatis mundi, qua fide iustificati sunt legitimè sacrificantes. POSTREM cum hac fide coniuncta erat nouitas virtæ, gratiarum actio, & aliæ virtutes, Ut in Abele, Abrahamo, & alijs sanctis. Verum Hypocritæ, legitimo usu omisso, habebant

rebar  
Dei  
pter  
quia  
locust  
niebar  
tuit.  
vetera  
ra de  
one P

D

Etsi  
sacram  
tenus  
promi  
applica  
disting  
secundi  
erant,  
mine d  
puum  
etiam  
mabar  
cebant  
sti adu  
bantu  
meba

non erentur, &  
cum numero v-  
quo, quod futu-  
digerent. Vfus  
n hominibus qui  
itimus & verus,  
& intuentes cr-  
rum admonebun-  
itorum, tum  
dictum Apoſti  
ſcilicet ſacrificij  
rum ſingulis an-  
enim reatus ſui,  
pœnae admone-  
niam leuabant  
iſionem viſimur  
az non figura, ſed  
ria & ſatisfactoriu  
, vt poſtea non el  
lilla vna ſanctifici  
uum. T v m e  
 cogitatione acce-  
itorem, offereret  
, qua fide iuſtifici  
antes. Poſtra  
incia erat noua  
aliae virtutes,  
alijs ſanctis. Vi  
vſu omiſſo, ha  
rebat

rebant in extero opere : in quo cultum  
Dei collocabant, & ſe Deo probari pro-  
pter opus ſuum ſomniabant. Hi ergo,  
quia hærebant in extero cortice, inſtar  
locuſtarum, nucleum Christum non inue-  
niebant, quem in primis quæſiuſſe oport-  
tuit. Atque ita clare videmus sacrificia  
vetera pædagogica fuiffe ad Christum. Plu-  
ra de sacrificijs veterum Lege in enarrati-  
one Psalm. 84.

## D E S A C R A M E N T I S.

Etsi sacrificia vetera, quandam etiam  
ſacramentorum rationem habuere, qua-  
tenus videlicet testimonia externa fuerūt  
promiſſionum diuinarum, quas fide ſibi  
applicabant legitime sacrificantes : tamen  
distinguendum eſt inter ea, quæ re ipsa &  
ſecundum principalem finem, sacrificia  
erant, & ea, quæ ſacramenta proprio no-  
mine dicuntur. Diſcriben ergo præci-  
puum principalis finis faciebat. Deinde  
etiam in plerisq; ignis. Nam quæ igni cre-  
mabantur, sacrificia proprio nomine di-  
cebantur, vt quæ vnum ſacrificium Chri-  
ſti adumbrarent. Quæ verò vel comedeban-  
tur, vt agnus paſcha : vel carni impre-  
mebantur, vt circumciſio : vel corpori ap-

C plica-

plicabantur, vt vunctiones & lotiones: vel super populum, aram, & librum aspergebantur, vt sanguis vitulæ: vel spectabantur, vt panes propositionis: Breuiter quæ in externo vsu versabantur, sacramenta fuere proprie dicta. Quæ sacramenta cum precibus & gratiarum actione legitime usurpata, ratione quadam sacrificia dicebantur. Omitto donaria, quæ d'ða ueræ fuere.

In sacramentis spectanda sunt generaliter quatuor, speciatim duo. Quatuor illa in omni sacramento spectanda sunt: mādandum Dei, Res externa, missio annexa, fides utentium reb. externis ex mandato Dei. Horum tria, videlicet mandatum, res externa, missio ad substantiam sacramentorum pertinet. Quorum trium si una defuerit, sacramenti ratio non est plena: Quartum videlicet fides, nisi assit in utentibus, plane ociosa ceremonia & litera occidens fit sacramentum, idq; nō cōsilio instituentis sed peruersitate utentis tanta re indigne. Mandatum obligat, res externa figurat, Promissio offert, fides accipit. Primum debitores facit, postremum possessores earum rerum quæ promittuntur, & tegūtur illis externis tegumentis. Etsi autem sacramēta illa vetera sunt diuersa propter

vbe-

vber  
tum  
res e  
nem  
Speci  
zation  
confi  
catori  
ta, no  
ta. Ir  
prom  
Chril  
fuit. Se  
stum se  
Occisi  
re indi  
spiritu  
agnus  
veram  
Christu  
na dor  
vſu hui  
de inti  
ius pa  
to ma  
quem  
stantia  
Cir  
Prima

vberiorē populi Dei instructionem, quantum qdem ad externa signa attinet: tamen res eadem est quæ omnibus offerebatur, nempe Christus, etsi non eodem modo. Speciatim in sacramentis spectanda sunt ἀναλογία & usus. Primum oportet analogiā considerare, hoc est, symbolicam significatiōnem, quam nisi haberent sacramenta, non essent, teste Augustino, sacramenta. In agno pascha analogia signi ad rem promissam hæc fuit. Agnus absq; macula, Christi puri, & sine peccato adumbratio fuit. Separatio agni ē grege reliquo, Christum separatum à peccatoribus figurabat. Occisio & afflato agni, mortis Christi fure re indicia. Comestio agni coniunctionis spiritualis Christi, & eorum, qui fide hunc agnum comedenterunt testificatio fuit. Hanc veram analogiā fuisse agni paschæ, docet Christus, Ioh. 6. & nouo sacramento cœnæ dominicæ confirmat. Hinc facile est de usu huius sacramenti iudicare, qui fuit, fide intueri Christum in agno phasa, & eius participem fieri non minus, imo multo magis, quam efficimur participes panis quem comedimus, quiq; in nostram substantiam conuertitur, vt vere sit noster.

Circumcisionis analogia triplex fuit. Prima, quod vetus nostra nativitas, quam

C 2 ab

ab Adamo habemus, corrupta, rea, & destinata mortis sit, propter peccatum naturæ, quod vocant originale. Secunda, quod semen aliquod esset venturum, quod naturam denuo instauraret humanam, hoc est, cuius virtute vetus natura in regeneratione resecada esset per efficaciam mortis Christi. Tertia, quod noua nativitas succederet veteris hominis abolitioni, quæ noua nativitas à Paulo, veteris sacramenti interprete, spiritualis circumcisio dicitur. (vt appareat veritas umbræ respondēs) & cordis, (vt intelligatur principium nouæ huius nativitatis) & spiritus (vt qua virtute fiat cognoscatur) Vnde Dominus: nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu, nō potest introire in regnum Dei. Uſus verus & legitimus externæ & carnaлиis circumcisionis, ex analogia facile colligitur. Cogitabat Abrahā cum circumcidetur de natura corrupta, vnde in agnitionem peccati sui deductus est. Cogitabat de semine promisso, cuius fide iustificatus, & spiritu regeneratus, circumcisionem tanquam σφαγήδα iusticiæ fidei aspiciebat. Cogitabat de noua noui hominis obœdientia, ex quo factum est, quod obœdientiam erga Deum vitæ filij vnigeniti anteposuerit, quo suo facto nos docet,

qua

qui  
Atq  
fide  
eo t  
& ga  
terni  
nis ci  
ad C  
prom  
scribi  
circu  
circu  
cuius  
Deo.  
mus q  
carne  
circu  
alis,  
fiduci  
cuius  
spiritu  
Lo  
les p  
lutio  
ratio  
tum  
respo  
desp  
Dau

qua in re posita sit Christiana perfectio. Atq; ita Christum in circumcisione oculis fidei vidit Abraham, vt ipse Dominus de eo testatur : Abraham vidit diem meum & gauisus est. Verum hypocritæ vt in externis sacrificijs hærebant : ita etiam in carnis circumcisione, non leuantes mentem ad Christum, qui in circumcisione erat promissus. De his Paulus ad Roma. 2. ita scribit : non ea quæ solum in propatulo fit circumcisione carnis, circumcisione est, Sed circumcisione cordis in spiritu non litera, cuius laus non est ex hominibus, sed ex Deo. Vnde Paulus : nos circumcisione sumus qui Deum colimus spiritu, & non in carne confidimus. Significans carnalem circumcisionem symbolum fuisse spiritualis, quæ est, iuxta Paulum, amputatio fiduciæ carnis, & gloriatio in solo Christo, cuius spiritu renascimur & per quē Deo spiritualem cultum reddimus.

Lotiones externæ, internas & spirituales purgationes figurabant, videlicet, ablationem per sanguinem Christi, regenerationem & sanctificationem per Spiritum sanctum. De veritate huic vimbræ respondentे ita Ioël prædixit : Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & David, cum ait : Asperges me. D O M I -

N E Hysopo & super niuēm dealbabor. Sacramentum aspersionis sanguinis vitulæ, etiam testamentum seu pactum dicebatur, idq; dupli respectu. Primū enim fœdus erat, quo Deus testabatur se istum populū, & Remp. Mosis conseruare veile, modo ipsius legi, & mandatis obœdient, atq; ita vetus testamentum dictum est. deinde fœdus dicebatur propter significationem spiritualis fœderis. Sicuti Dominus ipse interpretatur Matth. 26. Hoc est sanguis meus, qui est noui testamenti, qui pro multis effunditur, in remissionem peccatorum. Ad hanc analogiam respexit Petrus, in primo prioris Epistolæ, ubi meminit aspersionis sanguinis Iesu Christi. Usus ex analogia quæ fidem requirebat, intellegitur.

Vnctiones, primum Christum vnguentum in regem, sacerdotem & Prophetam figurabant. Deinde efficaciam Spiritus sancti in sanctis significabant, Spiritus, inquam, docentis, consolantis & sanctificantis. Atq; ita videmus quomodo Deus veteri populo visibilibus symbolis se pateficerit, vt per gradus ad se fideles eueheret, & terrenis rudimentis ad spiritualem noticiam perduceret, infirmitatis & tarditatis nostræ habita ratione, vnde eius summa

summa φιλανθρωπία intelligitur.

### D E T Y P I S.

Etsi typi vocabulum interdum latius patet, vt s̄epe specierum vocabula ad genera transferuntur: Tamen hic proprie typos nomino figurās, quās nec sacramenta sunt, nec sacrificia principaliter: Etsi his non raro typi vocabulum à sacris scriptoribus accommodatur. Deinde typi quoq; distinguūtur à miraculis genere, eo quod multi sunt typi qui non sunt miracula, Etsi miracula pleraque sunt typi. Sint ergo typi hoc loco figurā Christi, quās nec sacrificia, nec sacramenta, nec miracula sunt proprie sed notā quādam externā spiritalis regni Christi. Hac ratione videmus commodam & plenam statui posse signorum enumerationem, quib. Christus, cum suo regno in scripturis adumbratus est & signatus.

sit autem typorum differentia triplex, vt alij sint perpetui, alij historici, sed transentes, Alij ordinati, vt qui ad certum tempus ex ordinatione Dei durabant, videlicet usque ad exhibitum messiam. De his ordine dicemus.

### D E T Y P I S P E R P E T V I S.

C 4

Ante

Ante omnia, Hæc teneatur regula.  
 Quod quicquid Deus vñquam fecerit, faciat, & facturus sit, vnum finem propositum habeat videlicet gloriam Dei. Hæc autem gloria in solo Christo verè & efficaciter fundatur, cernitur & illustratur. Hac regula constituta omnium primum typū Christi, qui est gloria patris in magno illo opere ac primo contemplemur. Condidit Deus hanc admirandam structuram per filium, & hanc sustentat per eundem ut perpetuum sit Theatrum gloriæ suæ, iuxta Psalmi dictum: cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Totus ergo hic mundus est typus regni Christi, in quo sol hic aspectabilis, Christum solem iusticiæ repræsentat, tanquam in speculo quodam. Ut enim sol hic visibilis permeat cœlum, & suos radios mittit in omnes terræ partes, atque res varias è gremio terræ producit, nascentes fouet & viuificat: Ita Christus sol iusticiæ, ut hunc typum Malachias interpretatur, suos radios mittit in orbem vniuersum, quibus Ecclesiam suam viuificat, vegetat, fouet, vt & ipsa ipsius virtute tempore oportuno fructus proferat. Luna & stellæ Apostolos ipsos, & alios doctores Ecclesiæ, eorumque pios di-

scipu-

scipule  
tant.  
Paulu  
testim  
Euang  
se: ita  
uerunt  
nus eo  
ba eor  
sex die  
septim  
Christ  
ctorum  
creator  
tis rede  
rinth. 4  
format  
braru,  
in hom  
rentum  
typum  
Christi  
pradic  
Deuse  
nebris  
cordit  
onis g  
elt que  
ta & c

geneatur regula  
 aquam fecerit, fa  
 im finem propof  
 loriam Dei. Ha  
 risto verè & effic  
 & illustratur. Ha  
 nium primum typi  
 patris in magno l  
 atemplum. Con  
 randam structum  
 tentat per eundam  
 rum gloriae sua, iu  
 i enarrant gloriam.  
 eius annunciat fir  
 go hic mundus est  
 quo sol hic alpedat  
 i iusticiz repreſen  
 ulo quodam. Vt  
 rmeat cœlum, & ſe  
 mnes terræ parte  
 nio terræ produci  
 ficit: Ita Christi  
 typum Malachias it  
 lios mittit in orbem  
 ecclesiæ ſuam viui  
 t & ipsa ipsius virtu  
 fructus proferat  
 os ipſos, & alio  
 umque pios d  
 scipio

scipulos quoſq; ſuo ordine & gradu no  
 tant. Hunc typum intuens Apoſtolum  
 Paulus, non dubitauit ex Psalmo adducto  
 testimonium depromere, quo conformat  
 Euangeliū, latè per orbem ſparſum eſ  
 ſe: ita enim ait ad Rom. II. An non audi  
 uerunt? vtiq; in omnem terram exiuit ſo  
 nus eorum, & in fines orbis terrarum ver  
 ba eorum. Curſum huius ſeculi ſcriptura  
 ſex diebus creationis rerum confert, vt  
 Septimus dies fit figura glorioſi regni  
 Christi, in quo omnis labor & dolor ele  
 &torum finem habebit. Taceo quietem  
 creatoris in die Sabbathi fuifſe typū quie  
 tis redemptoris in ſepulcro. Paulus 2. Co  
 rinth. 4. docet tenebras, quæ ante lucis  
 formationem extitere, fuifſe typum tene  
 brarū, id eſt, ignorantia, quæ erat ſecutur  
 in hominibus post lapsum primorum pa  
 rentum. Et lucem poſtea formatam fuifſe  
 typum ſpiritualis lucis, id eſt, cognitionis  
 Christi, quæ futura erat per Euangeliū  
 prædicationem. Ita enim ait: Quoniam  
 Deus qui dixit, id eſt, dicendo effecit, e te  
 nebris lucem ſplendescere, ipſe illuxit in  
 cordibus noſtriſ ad illuminationē cogniti  
 onis gloriae Dei in facie Iefu Christi. Hinc  
 eſt quod B. Macharius ſcribat omnia crea  
 ta & corporata habere quandam ad res

C 5                    ſpiri-



9 10

spirituales comparationem. Ex quo apparet, quod quemadmodum exemplar, quod vedit Moses in monte, ad q*u*iussus est omnia facere, typus regni Christi fuerit: Ita etiam hic vastus orbis, theatrum sit uniuersale, in quo, veluti in p*æ*dagogio, erudire voluit Deus hominem, quem in hoc theatro principem collocauit, vt hinc perduceretur, veluti per gradus in admirationem spiritualis regni Christi. Taceo quod deus singulis rebus vestigium quod d*a* su*x*e essenti*æ* & distinctionis personar*ū* impresserit. Verum hoc inter alia admirandum est, quod talem condiderit hominem Deus, qui esset aptus natus ad quærenda amanda, & tu*ē*da, qu*æ* sunt optima, vt ita, vel natur*æ* ductu*s*, perduceretur homo ad finē bonorum, hoc est, ipsum Deum optimum maximum. In anima hominis tres facultates condidit Deus, tanquam gradus ad summum bonum, videlicet, *ηγεμονικὸν*, quod & *λογιστικὸν* dicitur, quo & inquirere debeat homo, quod optimum est, & ad idem duci. *ἐπιθυμητικὸν*, quo cognitum appeteret, amaret, & amore ei iungeretur. Et θυμο*idēs*, quo inuentum bonum & amatum tueretur, & contrarijs sese opponeret. An non h*æ*c manifesta sunt opera Dei, quibus ipse testatur se nos creasse, non ad interi-  
tum

tum se  
nam, n  
to acq  
tur n  
mundi  
de perp  
particu  
Machar  
ad Chri

DE T

Type  
fixos, sed  
succes  
rebant  
gerebat  
diosi ali  
bella pa  
nos hom  
cum suo  
go Adar  
conditu  
vitam at  
riretur e  
sione, g  
sic & Ch  
Dei, qu  
attinet a

iem. Ex quo appi  
um exēplar, quo  
ad q̄ iussus est on  
i Christi fuerit: h  
, theatrum sit v  
in p̄dagogio, en  
inem, quem in h  
collocavit, vt ha  
per gradus in a  
regni Christi. Tunc  
bus vestigium quo  
infectionis persona  
c inter alia admir  
ndiderit hominem  
natus ad quārenda  
sunt optima, vt ita  
t̄ duceretur homo  
st, ipsum Deum opt  
nima hominis tres  
us, tanquam grad  
videlicet, hyperan  
ir, quo & inquire  
optimum est, & ad  
quo cognitum app  
ore ei iungeretur.  
opera Dei, quib  
e, non ad inter

tum sempiternum, sed ad gloriam æternam, modo in bono, id est, Deo monstrato acquieuerimus? Breuiter, Paulus testatur τὸ γνῶσθαι τὸ Θεόν propositum esse in hac mundi fabrica. Et hæc breuiter sint dicta de perpetuo typo regni Christi, De quo particulatim licet videre in Homelijs B. Macharij, qui plurima in natura transfert ad Christi regnum spirituale.

## DE T Y P I S H I S T O R I C I S.

Typos historicos nomino non statos & fixos, sed transeuntes, quibus alij atq̄ alij successere, cuiusmodi typi subinde se offerebant in heroicis viris, qui typum Christi gerebant. Ex his paucos annotabo, vt studiosi alias, qui forte occurrit, in hanc tabellæ partem reponant. Hic Adam à quo nos homines propagati sumus primum iocum suo iure occupat. Quemadmodū ergo Adam, primus homo ad imaginē Dei conditus, quod ad humanā hanc naturā & vitam attinet, sic erat solus vt nemo reperiatur ex creaturis omnibus, cuius accessione, genus humanū multiplicari posset: sic & Christus, vera illa & essentialis imago Dei, quod ad cœlestē vitam & felicitatem attinet æternam, solus erat, nec quisquam

ex to-



9 10

**e**x toto humano genere , imō nec ex angelorum quidem ordinibus erat , cuius consortio pari & conformi filiorum Dei multitudo procrearetur. Quare sicut Deus Adamū noluit permanere solum, quem humani generis caput cōstituerat: Ita nec filium suum Christum solum esse voluit, quem ab æterno electis caput & principē destinauerat. Vt Adam sponsam suam Euām, vinculo pacti firmissimo , ac amore castissimo , sibi copulauit, vt ambo vna haberentur caro, non quidem substantia, quod manifestum est , sed vinculo pacti & affectu amoris constantissimo : Ita Christus sponsam Ecclesiam sibi pacto æterno, & vinculo amoris infrangibili copulauit, adeo arctè , vt Ecclesia ipsa dicatur caro de carne eius & os de ossibus eius , in cuius rei testimonium firmissimum , Christus vtrumq; sacramentum instituit , Baptismum & cœnam Domini. Hunc typum Paulus intuens ad Ephes. 5. nominat copulam Adæ & Euæ , mysterium magnum copulæ Christi & Ecclesiæ. Nam sicut Adam dormiens Euam de latere suo formatam agnouit: ita Christus à morte resurgens ex vulnere lateris sui ædificauit Ecclesiam. Prætero quæ Paulus ad Roma. 5. commemorat de similitudine Adami & Chri-

Christ  
 totar  
 onem  
 onis &  
 quā iūl  
 Genef.  
 typus  
 quiden  
 patrem  
 bis : I  
 ordine  
 Hebr  
 plicat,  
 commo  
 Vt Mel  
 & Chri  
 cerdos  
 trem su  
 dech à  
 alogian  
 pturis:  
 ram re  
 human  
 rex Sal  
 stus ve  
 est. Nc  
 cem pi  
 dech e  
 sticæ:i

Christi, videlicet, ut Adam vnuſ ſuo reatu totam posteritatem coniecit in damnationem : ita Christus ſolus autor iuſtificationis & vitæ eſt. Non enim h̄ic tam typi quā iuſticiæ diuinæ ratio cōſideranda eſt. Genes. 14. Inſignis & valde memorabilis typus Christi proponitur, quem Dauid quidem vno signauit verbo Psal. 110. cum patrem alloquentem filium facit hiſce verbiſ : Tu es Sacerdos in æternum ſecundū ordinem Melchizedech. Epiftola verò ad Hebræos fuſe circumſtantias omnes explicat, & Christo antitypo clarissimè accommodat. Summa omnium huc redit. Ut Melchizedech rex fuit & Sacerdos : ita & Christus in veritate rex ſummus, & Sacerdos ſumimus fuit, qui ſolus placare patrem ſuo ſacrificio potuit. Ut Melchizedech ἀπάτως & ἀμύτως, vtpote cuius Genealogia non texitur ſub iſto nomine in ſcripturis : ita Christus, ſi eius diuinam naturam respicis, ἀμύτως eſt, qui ſecundum humanitatem eſt ἀπάτως. Ut Melchizedech rex Salem id eſt pacis dicebatur : ita Christus veræ & nunquam interiuræ pacis rex eſt. Non enim terrenam ſed cœleſtem pacem pijs & inter pios affert. Ut Melchizedech ex eo nomen habet quod ſit rex iuſticiæ: ita Christus autor eſt ſempiternæ iuſticiæ

sticæ, qua véluti nuptiali quadam stola, suam sponsam dilectam ecclesiā ornat. vt Melchisedech regia liberalitate profert in occursum Abrahami, redeuntis à pugna cum quinque regibus, panem & vinum, vt ipse cum suo exercitu reficeretur: ita Christus omnibus Abrahami filijs, in & post pugnam cum rege tenebrarum & tētationē, promit cœlestem refocillationē, & fatigatos spirituali reficit alimento. Ut Melchisedech sacerdos dei altissimi Abrahamo benedixit: ita Christus solus ille sacerdos summus est, qui filijs Abrahæ, id est, omnibus credentibus benedicit, eosque æternum beatos reddit.

Abraham quoq; in multis typus Christi fuit, sed vnū solummodo in medium aferam. vt Abraham promptissima voluntate paratus erat ad immolandum filium: ita Deus pater promptissima voluntate trā didit filiū suum in mortem pro nobis. Ut Abraham in vna familia Ismaël & Isaac habuit, quorum Ismael Isaac persequebatur: ita Deus in eadem familia ecclesiæ, habet hostes & filios.

Isaac similiter proponitur in scripturis Christi typus, idque multis modis, ex quibus paucos signabo. Primum, vt Isaac natus est à matre non serua, sed libera: ita

Chri-

Christ  
mina,  
natus  
nis ac  
per mi  
nagen  
tur c  
est. T  
tes pro  
tanden  
Christi  
in sene  
tus est.  
ra liber  
res solue  
tris secu  
secundi  
stitutus  
cōmenc  
hæ ad h  
ita Chri  
ipis fer  
Ecclesi  
patri ve  
ita Chr  
té cruci  
ac impo  
dus, in  
cus aræ

Christus nō ex Hagar aut alia Ethnica fœmina, sed ex Sara libera secundum carnem natus est. Carnem .n. ex semine promissoris acccepit. **S E C V N D O**, vt Isaac natus est per miraculum præter vires naturæ ex nonagenaria matre : ita Christus præter naturæ cursum è virgine miraculose natus est. **T E R T I O**, vt Isaac post præcedentes promissiones multis annis expectatus, tandem in senectute parētum natus est: ita Christus diu antea pmissus & expectatus in senectute Israëlis secundum carnem natus est. **Q U A R T O**, vt Isaac vnicus fuit Saræ liberæ filius, paternorum bonorum hæres solus : ita Christus vñigenitus tam patris secundum diuinitatem , quam matris secundum humanitatē à Deo hæres est cōstitutus omniū bonorū. **Q V I N T O**, vt Isaac cōmendatur & prædicatur à seruo Abrahæ ad hoc missio, vt nuptias illi conciliaret: ita Christus cōmendatur & prædicatur ab ipsis seruis Dei, in hoc missis , vt Dei filio Ecclesiam despōsent. **S E X T O**, vt Isaac, patri volenti se immolare fuit obœdiens: ita Christus suo æterno patri vsq; ad mortē crucis obœdiens fuit. **S E P T I M O**, vt Isaac impositus rogo vt immolaretur iactādus , incolumis euasit: ita Christus impositus aræ crucis, etsi vere mortuus est : tamē tertio

Ch

tertio die reuixit, & mortem ita euasit, vt non moriatur vltra. Octavo, vt in Isacco facta est Abrahamo seminis promissio: ita in Christo solo vis est generationis filiorum Dei. Breuiter, vt Ismaël & Hagar Iudaicam gentem figurant: ita Abraham, Isaac, & Sara mysticè regnum Christi adumbrant.

Iacob nepos Abrahæ, ac filius ipsius Isaac, cum sua familia multis varijsq; modis Christum ac ipsius Ecclesiam adumbrat. Quorum paucos signabo breuissimè. Ut Iacob iter ingreditur solus, relietis parentibus domo & amicis: ita Christus de cœlo descendit, & factus homo a deo pauper, vt non haberet quo caput suum reclinaret. Ut Iacob fatigatus ac præuentus tenebris, antequam ad amicos venit, ad quos iter instituerat in lapidem recumbit: ita fideles fatigati varijs temptationibus & in hac vita peregrinantes in Christum viuum lapidem recumbunt, in quo quiescentes à laboribus peregrinationis suæ suauiter recreantur. Officium quoq; mediatoris Christi pulcerrime depingitur in Iacob & in eius visione. Vedit scalam stantem super terram, cuius cacumen cœlū attigit. Vedit angelos Dei ascēdentes & descendentes per scalam. Vedit

Domi-

Dom  
ego s  
bene  
tribu  
Christ  
celo,  
Christ  
gitur,  
cuius r  
inter c  
que c  
num:  
comun  
celo &  
git scal  
angelo  
minus  
nus in  
Ita eni  
nis vide  
dit in c  
lius ho  
scalam  
minist  
tes hu  
& qui  
dunt c  
conse  
cob sc

Dominum innixum scalæ dicentem sibi:  
 ego sum Deus Abrahā & Isaac patris tui,  
 benedicentur in te, & in semine tuo önes  
 tribus terræ. Hæc scala patriarchæ visa  
 Christū figurat. Vt scala superne iungitur  
 cœlo, & inferne cōiungitur cum terra: ita  
 Christus vera diuinitate Patri cœlesti iun-  
 gitur, & vera humanitate homini iungitur,  
 cuius naturā assumptus. Vt hæc scala media  
 inter cœlum & terram, attingens vtrun-  
 que coniungit locum infernum & super-  
 num: ita Christus solus mediator est qui  
 coniungit Deum & homines. Et vt terram  
 cœlo & cœlū terræ quodāmodo coniun-  
 git scala: ita Christus homines angelis &  
 angelos hominibus conciliat. Vt unus Dō-  
 minus scalæ innixus erat: ita unus Domi-  
 nus in cœlum cōscendit cum suis mēbris.  
 Ita enim Dominus ipse hanc partē visio-  
 nis videtur interpretari cū ait: nemo ascē-  
 dit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, fi-  
 lius hominis qui est in cœlo. Vt angeli per  
 scalam hanc ascendunt & descendunt: ita  
 ministri verbi adducunt in cœlum inniten-  
 tes huic scalæ, id est credētes in Christum,  
 & qui facti sunt vnū cum Christo, & clau-  
 dunt cœlū ijs qui absque scala hac, cœlum  
 cōscendere moliuntur. Quod autem Ia-  
 cob scribitur venisse ad Iordanem, & trāf-  
 es per scalam. Vi-

D

missis

mīssis facultatibus solus remansisse, & lūctatus esse cum viro, vscq; dum veniret au-  
rora, non caret mysterio. Iacob, inquit  
Augustinus, in illa lucta, Iudæorum popu-  
lum figurauit: angelus vero qui cū illo lu-  
ctabatur typum Saluatoris Domini præfe-  
rebat. Luctatur Iacob cū angelo quia po-  
pulus Iudæorū luctaturus erat cum Chri-  
sto. Vincebat Iacob angelū, quia Iudæo-  
rum populus Christum vscq; ad mortē per-  
secuturus erat. Verū quia non totus Iu-  
dæorum populus infidelis extitit Christo,  
sed multitudo non minima in nomen eius  
legitur credidisse: ideo angelus tetigitfœ-  
mur Iacob, & claudicare cœpit. Pes enim  
ille qui claudicabat, iudæos qui in Christū  
non essent credituri figurabat, alter vero  
pes qui sanus remansit illorum Iudæorum  
typus erat, qui Christum vera fide erant  
recepturi. Benedictio quā petit Iacob ab  
angelo significabat Christum veris Israe-  
litis benedictionem & salutem allaturum,  
qui sola fide retinetur ne à nobis discedat  
priusquam nos cœlestibus benedictionib.  
diuites & beatos reddiderit. Quod vñus  
idemq; Patriarcha sit binominis, conditio-  
nem Christi & ecclesiæ haud obscure figu-  
rat. Vt .n. Iacob à fratre Esau est tanquā  
prævaricator & trāsplator extreme cō-  
temtus:

remtu  
is, & e  
tur. V  
rael, i  
stus v  
mudi  
um, t  
Iose  
tereat  
cusat  
flagit  
suam.  
ponitu  
à suo p  
Ioseph  
sangu  
mum  
& htp  
catum  
mina c  
tatus  
censu  
morti  
Iosep  
Chris  
glorie  
à caro  
Aegy  
omni

remansisse, & dum venireta  
io. Iacob, inquit, Iudæorum popu-  
vero qui cù illo coris Domini pre-  
cù angelo quia per-  
turus erat cum Chri-  
angeli, quia Iuda-  
um usq; ad mortem  
ū quia non tota  
fidelis extitit Chri-  
tum in nomine  
eo angelus tan-  
icare cœpit. Iu-  
dæos qui in  
figurabat, aler-  
at illorum Iude-  
ristum vera fide ei-  
o quā petit Iacob  
Christum veris filii  
& salutem allatum  
ur ne à nobis dñe  
stibus benedictio  
ldiderit. Quod nō  
binominis, condicione  
haud obscure figu-  
re Esau est tandem  
victor extreme tem-

temtus: ita Christus à fratribus suis Iudæ-  
is, & ecclesia à tyrannis mundi contemni-  
tur. Ut Iacob ab angelo appellatus est Is-  
rael, id est, victor apud Deum: ita Chri-  
stus victor est, & ecclesia eius victrix  
mundi preciosa & clara habetur apud De-  
um, tametsi à mundo contemnitur.

Ioseph quoq; vt alios eius fratres præ-  
teream, typum Christi gessit. Ioseph ac-  
cusat fratres suos propter impia illorum  
flagitia: Christus Iudæis fratribus suis  
suam impietatem exprobrat. Ioseph ex-  
ponitur à fratribus & venditur, Christus  
à suo populo reijcitur & venditur à Iuda.  
Iosephi tunica preciosa tingitur in hœdi  
sanguine & mittitur patri: Christi castissi-  
mum corpus proprio sanguine tingitur,  
& fit patri hostia, qua expiatur mundi pec-  
catum. Ioseph solicitatus ab impura fœ-  
mina castitatem tuetur suam: Christus té-  
tatus à Sathanæ victor euasit. Ioseph inno-  
cens in carcerem conijicitur: Christus in  
mortis carcere inclusus triduum tenetur.  
Ioseph egreditur gloriose de carcere:  
Christus egreditur liber de sepulchro per  
gloriosam resurrectionē. Ioseph egressus  
à carcere, accipit à rege Aegypti totius  
Aegypti potestatē, vt ad os eius cibaretur  
omnis populus, essentq; ei omnia subiecta

D 2 tum

tum in domo regia tum in vniuerso Aegypto , solo Pharaone excepto , qui ipsi subiecit omnia : Christus victor mortis accepit à Deo potestatem , vt ipsi omnia subiecta sint , in cœlo & in terra. Ioseph, annulo regio , veste byssina , torque aurea ornatus , curru regali vehitur præcone clamante : Christus potestatem & autoritatem à patre accepit, quæ potestas annuli symbolo significabatur , accepit splendorem gloriæ ex suis diuinis miraculis , & ex voce patris ad illum prolatæ: Hic est filius meus dilectus. Hic sane splendor omni veste byssina & torquibus aureis multo clarior est. Currus quo Christus circumuehitur ministerium Euangelij est. Præconium est vox prædicantium Euangeliū quo præconio omnes admonentur , vt filium Dei adorantes genua cordis flectant. Ioseph somniat Solem & Lunam & vndecim stellas, hoc est, patrem & matrem & fratres vndecim se adorare, Christus post resurrectionem à Ioseph, Maria , & vndecim discipulis adoratur, quo respexisse videtur Psalmus teste Augustino qui canit : laudate eum Sol & Luna , laudate eum omnes stellæ.

Iehosua antea dictus Osee , vt est Numero. 13. Sed Moses intuens typum nomen

men  
see,  
tem  
uato  
fuit.  
sui p  
Deu:  
Sed  
Ieho:  
ctor  
Dei  
net.  
pulu  
reno  
suos:  
leba:  
nuo:  
stus  
ange:  
& po:  
gnat  
coni:  
gnar:  
sual:  
sit si:  
mira:  
Ieho:  
terre:  
spiri:

men mutauit, vt qui antea diceretur O-  
see, iam dicatur Iehosua. Iehosua au-  
tem iuxta ἐπειδὴ idem quod D E V S Sal-  
uator est. Hic varijs modis Christi typus  
fuit. Nomen ipsum innuit quod Christus  
sui populi verus Saluator, futurus esset  
Deus & homo, vt mediator esse posset.  
Sed paucos modos huius typi referam.  
Iehosua succedit Mosi mortuo, dux & re-  
ctor populi. D E 1 : Christus succedit legi  
Dei mortuæ, vt fideles suo spiritu guber-  
net. Iehosua per Iordanem traduxit po-  
pulum Israëliticum, quod Moses præsta-  
re non potuit : Christus à morte traducit  
suos ad vitam, quod lex præstare non va-  
lebat. Iehosua eligit viros fortes & stren-  
uos ad debellandos reges impios : Chri-  
stus eligit Apostolos, & alios sinceros Eu-  
angelij præcones ad debellādos principes  
& potestates tenebrarum. Iehosua pu-  
gnat contra hostes Dei, eosq; in fugam  
conuertit & vincit : Christus cum suis pu-  
gnat aduersus peccata eaq; abolet. Ieho-  
sua lapidibus de cœlo missis in hostes eu-  
sat superior : Christus Dominus diuinis  
miraculis se victorem Sathanæ declarat.  
Iehosua Israëlitas carnales in hæreditatem  
terrenam introduxit : Christus Israëlitas  
spirituales hæreditate donat cœlesti. Ie-  
hosua

D 3

9

hosua carnalibus Iudæis distribuit terram  
Canaan : Christus spiritualibus Israëlitis  
cœlestes mansiones partitur , vt ita de-  
mum superatis omnibus laboribus & dif-  
ficultatib. requie fruantur æterna, & per-  
petuum sabbathismum celebrent beati.  
In hunc modum & epistola ad Hebræos  
præsentem typum interpretatur, & euangeli-  
cæ historia eundem pulcre confirmat.

De Gedeone etsi multa refert Augusti  
nus: nos tamen eius victoria & vellere cō-  
tenti erimus. Vt Gedeon destruxerat ara Ba-  
al, Oreb, & Seb, principes Madianitarum  
cū ipsis Madianitis trucidauit , atque ea  
victoria populum à turpissima seruitute  
liberauit: ita Christus idolis submotis dia-  
bolum & infernum superat, ac suos in pri-  
stinam libertatem vendicat. Vellus Ge-  
deonis magnum arcanum continet. Pri-  
mum ros fuit in solo vellere ad petitionē  
Gedeonis, reliqua terra sicca in circuitu,  
Deinde vellere sicco ros fuit in tota terra.  
Quid hoc sibi velit , præter confirmatio-  
nē qua roboratus est aduersus suos hostes  
Gedeon , aperit Chrysostomus cum ait :  
Quod ros primum in solo vellere, reliqua  
terra sicca fuerit , adumbrat populum Iu-  
daicum , solum fuisse cultorem Dei , reli-  
quo mundo relicto in suis vanitatibus.

Quod

Qu  
rit  
etu  
be  
con  
lum  
Dei  
not  
efic  
ros:  
cre  
fica  
dis a  
ficit,  
suavi  
Sa  
ges  
funt  
tur a  
id est  
tur,  
liter  
ctus  
ext  
bene  
ad rr  
men  
nom  
tutis

Quod autem postea vellere sicco ros fuerit in tota terra, populum Iudaicum abiecerum esse cultum Dei toto terrarū orbe per Euangelij prædicationē ad Christū conuerso adumbrat. Vellus enim symbolum sacrificiorum fuit, atq; adeo cultus Dei. Ros autem efficaciam Spiritus sancti notat, qui ad prædicationem Euangelij est efficax in ijs qui conuertuntur. Ut enim ros agros diurno æstu pene exhaustos recreat, vt nouam vim obtineant ad fructificandum: Ita Spiritus sanctus agrū cordis arentēm, humore quasi dulcissimo reficit, vt vim nouam accipiat ad fructum suauissimum Spiritus proferendum.

Samson in multis quoq; typum Christi gescit: sed pauca referemus, quæ magis sunt illustria. Samson nasciturus, nunciatur ab angelo, iubetur esse Nazareus Dei, id est, Deo sanctificatus, à Deo benedicitur, Spiritu sancto donatur: Christus similiter ab angelo nasciturus nunciatur, Sanctus prædicatur ab angelo, dicente: quod ex te nascetur vocabitur filius Dei, à Deo benedicitur, & Spiritu sancto donatur, nō ad mensuram vt Samson, sed supra omnē mensuram vt filius Dei. Samson à Sole nomen habet, vt qui sub tenebris seruitutis nonnihil Solis suis Israëlitis attulit:

D 4 Chri-

Qo

Christus verus sol iusticiæ omnes tenebras  
discutit, & lucem affert æternam. Sam-  
son datur vt liberet populum suum à Ma-  
dianitis: Christus natus est & datus vt re-  
dimat populum suum à seruitute peccati,  
& donet æterna libertate. Samson leo-  
nem interficit, & paucos post dies reuer-  
sus, ex mortui leonis faucibus, fauos mel-  
lis desumtos comedit in signum suavis, id  
est, prosperi successus, qui subsecuturus  
erat victoriā ipsius super Madianitis: Chri-  
sti victoriā super diabolo & morte ex-  
cepit suauissimus gloriæ cœlestis suauitas.  
Hoc typo etiam Ecclesiæ certamen & glo-  
ria post victoriā pingitur. Samson ma-  
xilla asini prosternit Philisteos mille viros  
hostiū populi Dei: Christus voce piscato-  
rum rudium iuxta mundum, diaboli re-  
gnum inuadit ac hostes Dei profligat. Sá-  
sonis ænigma sola vxor ipsius aperire & in-  
terpretari nouit: mysteriū Christi, hoc est,  
Euangelij arcanum non aliunde disci po-  
test, quam à Christi sponsa Ecclesia, quæ  
propterea columna veritatis dicitur. Sam-  
son moriens inimicos suos concussis ædi-  
ficijs ruina cōprimit: Dominus tunc cum  
mori dignatus est, non vna domo, sed to-  
to mundo concusso, diabolum cum suis  
angelis vniuersis oppressit. Samson ob-  
sera-

obl  
mi  
Sa  
cu  
ob  
por  
I  
app  
pun  
Vno  
uen  
aut  
qua  
hoc  
ne af  
to r  
esse  
han  
Dau  
dus  
uid,  
ren  
cor  
din  
qui  
cun  
ratu  
om  
leta

et omnes tenebri  
t eternam. Sam-  
pulum suum à Ma-  
us est & datus vi-  
à seruitute pecca-  
tate. Samson  
lucos post dies rene-  
s faucibus, fauosa-  
lit in signum suum,  
sus, qui subsecutus  
uper Madianis  
diabolo & mon-  
oriz coelestis  
eclesia certam  
ingitur. Sam-  
on Philisteos  
Christus voce  
mundum, diaboli  
ostes Dei profugis  
xor ipsius aperte  
ysterium Christi, horum  
non aliunde diligi-  
sponsa Ecclesia, o  
veritatis dicitur. Sa-  
os suos concussis  
Dominus tunc ca-  
on una domo, sed  
diabolum cum hi-  
esit. Samson o  
fici

obseratis portis clauditur in ciuitate, Do-  
minus obsignato clauditur monumento.  
Samson fractis seris subtractisq; portis se-  
curus euadit: Christus ruptis infernæ sedis  
obicibus apertoq; sepulcro, recepto cor-  
pore è morte liber egreditur.

Dauid, vt ex Psalmis ipsius, & aliunde  
apparet, nunc Christi, nunc Ecclesiæ ty-  
pum gerit, alias in cruce, alias in gloria.  
Vnde Augustinus, vix est vt in Psalmis in-  
ueniamus vocem nisi Christi & Ecclesiæ,  
aut Christi tantum, aut Ecclesiæ tantum,  
quod utiq; ex parte & nos sumus ac per  
hoc quando voces nostras agnoscimus, si-  
ne affectu agnoscere non possumus, & tan-  
to magis delectamur, quanto in idem nos  
esse sentimus. Et Gregorius Nyssenus in  
hanc admirationem, cogitans de Psalmis  
Dauidis, erumpit. Quam suavis & iucun-  
dus est humanæ vitæ comes Propheta Da-  
uid, in omnibus itineribus vitæ sese offre-  
rens, & omnibus æstatibus spiritualibus  
commode sese adiungens, & omnem or-  
dinem progradientium subleuat, cum ijs  
qui iuxta D 5 v m infantes sunt colludit,  
cum viris vna certat, iuuentutem mode-  
ratur, senectutem subleuat, atq; sustentat,  
omnibus omnia fit, militum telum, ath-  
letarum institutor, exercitum se palestra,

D 5 vin-

vincentiū corona, in mensa oblectatio, in  
luctu, & funere consolatio. Nihil est in  
vita nostra quod huius officij expers est.  
His breuiter admoniti modos quosdā re-  
citemus, quib. typus Christi fuit Dauid &  
Ecclesiæ. Dauid ex nominis ratione char-  
rus seu dilectus dicitur: Christus re ipsa  
non solum intime charus & dilectus patri,  
verum etiam in quo solo pater alios habet  
charos & dilectos iuxta patris proprium  
testimonium, videlicet, hic est filius meus  
dilectus, in quo mihi cōplacitum est, hoc  
est, in quo alios dilectos habeo, ut Paulus  
interpretatur, nos sumus dilecti in dile-  
cto, Ephes. 1. Dauid inter fratres suos in  
familia Iesie præ cæteris contemtibilis ha-  
bebatur: Christus à suis Iudæis & à fami-  
lia Israëlis Samaritanus per contemtum  
est appellatus. Dauid solus adolescēs par-  
vus inermis vno lapidis iectu Goliad, gigan-  
tem magnum, robustum, armisq; terribi-  
lem mirabili & corā mundo ridiculo stra-  
tagemate, prostrauit, ipsaque hostis ca-  
stra turbauit & in fugam conuertit: Chri-  
stus gigantē illum magnum diabolum mi-  
rabili stratagemate, mundoq; ridiculo, vi-  
deelicet morte superauit. Quid autem a-  
liud petra contra Goliad (inquit Augusti-  
nus) manu Dauid missa quā Christum ex  
semi-

semine Dauid nasciturum significat? Dauid vna pugna qua prostrauit Goliad gloriam securitatemque regno, regi & populo comparauit: Christus prostrato diabolo, gloriam regi cœlorum & securitatem suo populo æternam acquisiuit. Dauid persecutionem à Saule & eius ministris patitur: Christus à diabolo & eius ministris, regibus, principibus, pontificibus, qui contra ipsum consilia inierunt illuditur, & tandem cruci affigitur. Dauid à Doëg proditur: C H R I S T V S à Iuda proprio discipulo traditur in manus hostium. Dauid orat pro inimicis suis: Christus dominus orat pro crucifigentib. se Iudæis: Dauid, mortuo Saule, rex agnoscitur: Christus victo tenebrarū principe diabolo, & superata morte rex regum, & Dominus dominantiū prædicatur. Dauid stabilito regno regionem Moab, Palæstinam, & vniuersam Idumæam subiecit, & in seruitutem redegit: Christus, post annunciatum per totam Iudæam Euangeliū, acceptumque spirituale regnum transiit ad gentes per Apostolos suos, illesque sibi subiugauit, non ut seruos faceret sed liberos. Dauid lachrymis vberimis parricidam filium deplorauit: Christus Iudæorum parricidarum cœcitatem, & in-

& interitum ex intimo corde defleuit.

Fuit & Dauid typus corporis Christi, hoc est Ecclesie, idque varijs modis. Dauid varijs erat discriminibus in hac vita expositus: Ecclesia Christi nunquam tuta est à temptationum & persecutionum procellis, donec in hac peregrinatur vita. Dauid clypeo nominis diuini, in omnibus difficultatibus euasit superior, interdum etiam omnibus medijs repugnantibus: Ecclesia armis spiritualibus freta, triumphat, etiamsi humanis præsidijs destituatur. Dauid sæpe imbecillitate lapsus est, atque iterum agens pœnitentiam in gratiam est receptus. Vnde Ambrosius, non fuit Dauid exemptus à culpa, ut esset electus ad gratiam. Singuli in Ecclesia sæpiissime labuntur, sed rursus manu Dei eriguntur, dum peccatorum pœnitentiam agunt, & serio ad Christi gratiam configunt. Dauid inuenit gratiam tantam apud Deum, ut Deus de eo diceret: inueni virum secundum cor meum, Singuli in Ecclesia agendo pœnitentiam gratiam inueniunt tantam, ut ipsos tanquam filios in dilecto caros habeat pater cœlestis. licet enim secundum cor Dei non fuit, quod Dauid peccauit: tamen secundum cor Dei fuit, quod à peccato per veram pœnitentiam resipuerit,

con-

conf  
gula  
Dei  
ad g  
Sa  
typu  
re co  
& luc  
Salor  
verit  
Pi  
Dau  
feder  
Chris  
Chris  
cipit  
tribi  
non  
ipsi C  
Di  
vt ips  
Est e  
Hun  
Aug  
gum  
Salor  
adhil  
tur.  
cus,

orde defleuit,  
corporis Christi  
varijs modis. D  
inibus in hac  
Christi nunquame  
persecutionum p  
eregrinatur vita  
divini, in omnibus  
prior, interdum  
s repugnantibus  
libus freta, triun  
fisidij destruunt  
te lapsus est, am  
itiam in gratia  
librosius, non  
a, vt esset elec  
cclesia sapissime  
nu Dei eriguntur  
entiam agunt, &  
confugunt. Dau  
m apud Deum, vt  
ueni virum secund  
n Ecclesia agend  
inueniunt tantas  
s in dilecto caro  
licet enim secund  
od Dauid pecc  
Dei fuit, quod d  
tentiam respue  
o

confugiens ad propitiatorium. Hinc re  
gulam extruamus. Ille misericordiam  
Dei inueniet, qui se miserum confessus,  
ad gratiam in fiducia Christi confugit.

Salomon filius Dauidis multis modis  
typum Domini gessit, ex quibus recense  
re conabimur eos, qui sunt magis illustres,  
& lucem afferunt historiæ utriusque, id est,  
Salomonis & Christi, hoc est, umbræ &  
veritatis.

Primum h̄ic obseruetur promissio facta  
Dauidi: de fructu ventris tui ponam super  
sedem tuam. Hic uterque, Salomon &  
Christus promittitur. Salomon ut typus,  
Christus ut veritas. In Psalmo 72. qui incipit.  
Deus iudicium tuum regi da, multa  
tribuuntur typo videlicet Salomoni, quæ  
non nisi antitypo, id est veritati, nempe  
ipsi Christo congruunt.

Dictus est hic filius Dauidis Salomon,  
ut ipso vel nomine Christū repræsentaret.  
Est enim Salomon idem quod pacificus.  
Hunc typum cum pulcerrime exponit  
Augustinus, ipsius verba ascribam ex ar  
gumento Psalmi 72. Ipsum vocabulum  
Salomonis ad figuratam significationem  
adhibitum est, ut in eo Christus accipia  
tur. Salomon quippe interpretatur pacifi  
cus, ac per hoc tale vocabulum illi verissi  
me



ime atq; optime congruit, per quem me-  
diatorem ex inimicis accepta remissione  
peccatorū reconciliamur Deo. Etenim,  
cum inimici eius essemus, reconciliati su-  
mus Deo per mortem filij eius. Idem ipse  
est ille pacificus qui fecit vtraque vnum,  
& medium parietem maceriæ soluens, ini-  
micitias in carne sua lege mandatorum  
decretis euacuans, vt duos conderet in se  
invnum nouum hominem faciens pacem:  
& veniens euangelizavit illis pacem, qui  
longe, & pacem ijs, qui prope. Ipse in Eu-  
angelio dicit: pacem meam relinquobis,  
pacem meam do vobis. Et multis a-  
lijs testimonijs Dominus Christus pacifi-  
cus esse monstratur non secundum pacem  
quam nouit & quærit hic mundus: sed il-  
lam pacem de qua dicitur apud Prophetam:  
dabo eis solatium meū pacem super  
pacem cui scilicet paci reconciliationis ad-  
ditur pax immortalitatis. Nam post om-  
nia reddita quæ promisit Deus nouissimā  
pacem nos expectare debere, qua cū Deo  
viam in æternum, idem propheta ostē-  
dit cum ait: Domine Deus noster pacē da  
nobis, omnia enim dedisti nobis, pax erit  
plane illa perfecta, quando nouissima inim-  
ica destruetur mors: & in quo erit hoc  
nisi in pacifico illo redemptore nostro. Ha-

Etenu

etene  
inter  
verū  
quo  
iustus  
tur Li  
Re  
typus  
Salon  
rij, di  
maie  
La  
ſe ad  
regni  
nos sp  
nes te  
cans  
& a  
rarum  
Di  
bus re  
foli co  
& D  
præ  
fed vi  
turis.  
Po  
exigu  
stii. II

Et, per quem incepta remissionem Deo. Etenim reconciliatus filii eius. Idem impetravit utique vnu maceriz soluens, lege mandatorum duos conderet inuenient faciens pacem illis pacem, qui prope. Ipse in meam reliquiam vobis. Et unius Christi non secundum dicitur hic mundus apud Regnum meum pacem, cireconciliations, Nam post uisit Deus nouissimam debere, qua cum idem propheta Deus noster pacem nobis, pax aendo nouissimam & in quo erit huius nostre. H.

Etenim

Etenuis Augustinus pulcherrime discernit inter Salomonem typicum & Salomonem verum, qui est Iesus Christus, de quo idem Psalmus: florebit in diebus eius iustus & abundantia pacis donec auferatur Luna.

Regnum Salomonis regni Christi typus, fuit pertenus: In regno utriusque Salomonis spectentur amplitudo imperij, diuinitas, potentia, iusticia, sapientia, maiestas.

Latitudo imperij Salomonis extendit se ad terminos carnalis Israe lis: latitudo regni Christi extendit se ad terminos spiritualis Israe lis, id est, in omnes fines terrae, unde Psalm. 72. typum explicans: Dominabitur a mari usque ad mare, & a flumine usque ad terminos orbis terrarum.

Dives prædicatur Salomon præ omnibus regibus terrae, quod re ipsa Christo soli congruit. Is enim cum sit rex regum & Dominus dominantium diuinitatis veris præeminet omnibus, non quidem caducis, sed veris spiritualibus & nunquam interituris.

Potentia typici Salomonis umbra per exigua est potentiae veri Salomonis Christi. Ille enim mundanum regnum angustis imi-

limitibus conclusum potenter rexit, & ad tempus : hic autem potenter dominabitur in cœlo & in terra, donec erit Sol & Luna à fraude & violentia Sathanæ redimet animas suorum, id est, eorum quise eius fidei committunt.

Iusticia Salomonis in tota regni ipsius administratione, & præcipue in iudicio meretricum de liberis suis litigantium, certitur : sed iusticia veri nostri Salomonis in gubernatione Ecclesiæ conspicitur, quam administrat iudicio & misericordia. Huc Psalmus, D e v s iudicium tuum regi da, & iustiam tuam filio regis, vt iudicet populum in iusticia, & pauperes tuos in iudicio.

Sapientia Salomonis typici prædicatur adeo, quod excelluerit sapientia præ omnibus alijs hominibus : sed noster verus Salomon est nobis natus sapientia à Deo. Ut sapientiam suam typicus Salomon reuelauit reginæ Austri, & omnia quæ proposuerat exposuit, nec quicquam fuit quod non perspicuum ei fecerit : ita verus Salomon noster reginæ, hoc est, Ecclesiæ collectæ ex gentibus, quæ ad ipsum venit, exponit veram sapientiam, quæ ipse est, & eadem ipsam dicit ad omnes thesauros scientiæ & cognitionis salutaris.

Maie-

M  
ex  
iust  
tuti  
gaip  
Iesu  
exce  
tum  
diatu  
in Sa  
mai  
Dor  
solus  
in et  
omni  
terra  
regn  
& pp  
Sic en  
reges  
Ador  
dicens  
plex:  
Chris  
linon  
in nor  
stium  
gua c  
Chris

Maiestas typici Salomonis pendebat  
 ex amplitudine imperij, diuitijs, potentia,  
 iusticia, sapientia, beneficentia alijsq; vir-  
 tutibus, & conspiciebatur in subditorū er-  
 ga ipsum cultu & reuerentia: At maiestas  
 Iesu Christi veri Salomonis nostri tantum  
 excedit maiestatē Salomonis typici, quan-  
 tum hæc quæ enarrauimus perfectiora,  
 diuturniora & veriora in Christo quam  
 in Salomone sunt. De hac veri Salomonis  
 maiestate loquitur Psalmus: Benedictus  
 Dominus Deus Israël, qui fecit mirabilia  
 solus, & benedictum nomē maiestatis eius  
 in æternum, & replebitur maiestate eius  
 omnis terra, hoc est, omnes in cœlo & in  
 terra creaturæ agnoscent amplitudinem  
 regni, potētiam & beneficia Christi regis,  
 & ppter ea celebrabūt ipsum in æternum.  
 Sic enim ait Psal. Adorabunt eum omnes  
 reges terræ, omnes gentes seruient ei. Itē  
**A**dorabunt ipsum semper, & tota bene-  
 dicent ei die. Est autem hæc adoratio du-  
 plex: Vna subiectionis tantum, vt hostium  
 Christi: vnde ad Philip. dicitur donauit il-  
 li nomen, quod est supra omne nomen, vt  
 in nomine Iesu omne genu se flectat, cœle-  
 stium, terrestrium & inferorū, & omnis lin-  
 gua confiteatur quod Dominus Iesus sit  
 Christus ad gloriam Dei patris. Et ad E-

E phes.

tenter rexit, &  
 tenter dominat  
 , donec erit Sol  
 entia Sathanæ ro  
 id est, eorum q  
 .  
 s in tota regnij  
 & præcipue in iud  
 cis suis litigantium  
 eti nostri Salomon  
 esse conspicitur, q  
 & misericordia  
 iudicium tuumq  
 lio regis, vt iu  
 pauperes tuos  
 onis typicis pra  
 uerit sapientia pu  
 bus: sed noferet  
 natus sapientia d  
 i typicus Salomon  
 ri, & omnia que  
 nec quicquam  
 im ei fecerit: ita v  
 inz, hoc est, Eccl  
 que ad ipsum ve  
 ntiam, que ipse  
 ad omnes thefan  
 salutaris.

M

Collocauit illum ad dexteram suam in cœlestibus, longe supra omne imperium ac potestatem, & potentiam, & dominium, & omne nomen q̄ nominatur, non solum in seculo hoc, verum etiam in futuro: & omnia subiecit sub pedibus eius, eumq̄ cōstituit caput super omnia ipsi Ecclesiæ, quæ est corpus ipsius. Altera subiectionis & cultus simul, quæ adoratio est eorum, qui ex vera fide Christū colunt, cū sanctis Dei angelis. Hæc sint breuiter de regno Salomonis dicta, & de regno Christi, ex quib. facile est videre, quantum excedat umbrā corpus, & typum veritas.

In templi quoque extructione Salomō typus Christi fuit: sed & hic ut par est multis modis veritas figuram superat. Salomon extruxit templum ex lapidibus per opera manuum hominum, quod rursus manib. hominum destruktū est: Christus autē extruit templū ex viuis lapidib. per prædicationē suorum seruorum, quod manib. hominum destrui non potest. Est autē hoc templū Ecclesia ipsa, & singuli q̄ in ecclesia viui lapides sumus, sup Christo angulare lapide ædificati: iuxta illud Petri: Ipsi tanq̄ lapides viui superædificamini domus spiritualis. 1. Pet. 2. Augustinus de hoc templo lib. 10. cap. 4. de ciuitate Dei sic ait:

ait:  
ter  
am  
in  
mol  
totu  
& fir  
quit  
rant  
tabi  
& in  
cess  
ipsi  
milli  
in ho  
expi  
Salo  
offer  
ternu  
Cæ  
cipitu  
culto  
nifica  
eccle  
in eri  
re pic  
inuen  
neati  
Proi

ait: Dei templum simul omnes, & singuli templa sumus: quia & omnium concordiam & singulos inhabitare dignatur, non in omnib. q̄ in singulis maior, quoniā nec mole distenditur, nec partitiōe minuitur: totus siquidē adesse omnibus reb. potest, & singulis totus. De hac gloria ecclesiæ loquitur Psalmus: Lætentur omnes qui sperant in te, in æternum exultabunt & habitabis in eis. Salomon in suo templo orat, & intercedit pro populo: Christus intercessor est multo meliori iure, quia dedit se ipsum preciū pro omnib. Salomon multa millia boum, agnorū & vitulorum offert in holocausta, quib. tamē peccatum expiari non potuit: Christus noster verus Salomon seipsum per spiritum æternum offert, & vna oblatione sanctificat in æternum sanctificandos.

Cæterum quod Salomō in senectute decipitur à mulieribus, adeo ut ex vero Dei cultore fiat Idololatra impius, videtur significare quod hodie præ oculis habemus, ecclesiā senescentē paulatim segnescere, & in errores incidere: ita ut paucissimos vere pios filius hominis venturus ad iudiciū inueniat. Lapsus ergo Salomonis admoneat nos regulæ: Qui stat videat ne cadat. Proinde Salomon nō fuit typus Christi in

E 2 lapsu

lapsu , in meretricio amore, & idololatri-  
co cultu: sed solummodo in laudabilibus.  
An resipuerit aliquando Salomon nec ne,  
quia scriptura eius non meminit , solicite  
non inquiramus, sed potius moniti, ipsius  
horrendo lapsu , cauti simus in via ne ca-  
damus aut aberremus à salutis portu.

Quomodo Ionas fuerit Christi typus o-  
mitto, quia Christus ipse Ionæ typū inter-  
pretatur cum ait: non dabitur illis signum  
nisi Ionæ Prophetæ. Quemadmodū enim  
fuit Ionas in vētre ceti tribus diebus & tri-  
bus noctibus: sic erit filius hominis in cor-  
de terræ tribus diebus & tribus noctibus.

De serpente æneo erecto in deserto vi-  
de Iohan. 3.

### D E T Y P I S F I X I S E T O R D I N A T I S.

Diximus de typis perpetuis & histori-  
cis, restant typi fixi & ordinati, durātes cū  
republica Mosis. Verum quia de hoc ge-  
nere multa diximus in enarratione episto-  
læ ad Hebræ . huc pauca eaq; maxime per  
spicua adjiciam. Cōsideremus itaq; hic Sa-  
cerdotium Aaronicum cum suis ceremo-  
nijs, duo altaria videlicet θυμιατήριον & θυσι-  
άριον, tabernaculum templi exterius & in-  
teriorius,

terius, cum suis ornamentiſ & vasiſ.

Aaronicum ſacerdotium typum fuiffe ſacerdotij Christi docet autor Epistolæ ad Hebræos, vt taceam Apostolorum teſtimonia quæ paſſim offeruntur.

In ſacerdotio Aaronico eti multa ſunt, quæ Christum & eius ſacerdotium adumbrat: quatuor tamē ſolūmodo deligā hoc loco quæ Christo & eius ſacerdotio accōmodabimus. Horum primum eſt, conſeruandus ſacerdos ex Leuitico ordine pri- mū omnium aqua ablui debebat, non tam ppter externas ſordes abluēdas, quā propter ſignificationem internæ maculæ abolendæ nēpe animæ, quam Christus re ipsa in ſe non aſſumſit cum humana natura: ſed ſolummodo quo ad imputationē & reatū attinet. Hanc ſolus eluere potest in omnibus ijs, qui ſibi applicantur per Eccleſiam, in cuius rei teſtimoniuм efficax ſymbo- lum in nouo Testamēto videlicet iſpum ba- ptismum iſtituit. Cū ergo extera aqua, Aaronicus ſacerdos corpus ſuum ablueret, fide Christum purgatorē intuebatur. Loto corpore induebat Aaronicus ſacerdos vefteſ mundas non vulgares, ſed ſacer- dotaliſ iuxta Dei iuſtituム, quib. adumbrabatur innocentia & obœdientia Chri- ſti, qua mundati iſpius ſanguine iuſti, inno-

E 3 centes



9

centes & pulcri in Dei conspectu apparent. Tertio, loti & vestiti vngebantur peculiari oleo, qua re significabatur dignitas Christianorum, nimirum, quod credentes spiritualiter vngātūr in Prophetas, reges, & spirituales Sacerdotes, hoc est, spiritus gratia donati, efficaciter de veritate beneficiorum Christi erudiuntur: sicuti hunc typum exponit Iohannes, 1. Iohan. 2. Vos vunctionem habetis à sancto & nostis omnia. Item, Nō necesse habetis ut aliquis doceat vos, sed sicut vncio ipsa docet vos de omnibus. Postremo Aaronicus Sacerdos lotus, vestitus & vngatus implebat manus, id est, sacrificabat in figuram Christi, qui non animalia sed seipsum obtulit Deo in odorem suavitatis. Sed de hac collatione vmbrae & veritatis lege Epistolam ad Hebræ. cap. 9.

Altaria duo videlicet θυμιατήριον & θυσιασήριον erant, vtrumque vnum adumbrabat C H R I S T U M sed diuersimode. Nam vt altare quod dicebatur θυσιασήριον, id est, victimarum holocaustū seu & hostiarum adumbrabat Christum expiatorem peccati, oblatum per suum sacrificium in ara crucis: ita altare quod à thymiamate, id est, suffitu nomen habuit, figurabat eundem Christum precatorem & intercessorem.

rem. Vnde Christiani norunt nullas preces cœlū penetrare, nisi super altari quod est Christus, offerantur.

Tabernaculum templi exterius & interius sequitur. partes enim templi extructi ad formam tabernaculi Mosaici retinent appellationes ab exemplari, vt prior pars templi, tabernaculum exterius dicatur, secunda interius, quæ velo diuidebantur. Prius tabernaculum manifestationem Christi in humana natura notabat, vt testatur epistola ad Hæbreos cap: 9. Interius ecclesiam, & cœlum beatorum sedem adumbrabat. In priori tabernaculo quod dicebatur sanctum, fuere candelabrum, mensa, panis, quæ administrationem Ecclesiæ Christi figurabant.

Candelabrum enim cum suis lucernis Christum & apostolos adumbrabat. Ut enim Christus lux vera est illuminans omnem hominem: ita gestat lucernas, hoc est apostolos, prophetas & doctores Ecclesiæ, sine quibus mundus in densissimis palpitat tenebris.

Mensa similiter Christum adumbrabat, & prædicationem Euangeli, qua tanquam cibo aluntur animæ hominum.

Panis ut Christum significabat placationis sacrificium: ita eundem significavit, figurabat eu-

E 4 bat

bat esse panem illum, quo animi fideles  
ad vitam æternam aluntur.

In interiori tabernaculo ( hoc est, in ea  
parte quæ erat post velum intermedium )  
quod dicebatur sancta sanctorum, fuere au-  
reum thuribulum, arca testamenti, vrna  
cum manna, virga Aaronis, tabulae fœde-  
ris, & super arcam Cherubim. Quomodo  
hæc Christo applicentur breuiter videa-  
mus. Interius tabernaculum, hoc est, inti-  
mum sacrarium seu adytum, in quo semel in  
anno summus sacerdos ingrediebatur, spi-  
rituale Christi templum, clausum prophâ-  
nis hominibus, hoc est, Ecclesiæ & cœlum  
adumbrat. In hoc sacrarium cum p[ro]p[ter]a vide-  
rent pontificem summum semel tantum  
in anno ingredi, admonebantur de pro-  
missio Messia, qui semel oblatus in ara  
crucis, ingressurus erat in sancta sanctorum  
æternam redemtionem nactus.

Aureum thuribulum, inuocationis cul-  
tum eumque purissimum figurat, quo &  
Christus intercedit pro Ecclesia, & ipsa  
Ecclesia Deum patrem in nomine Christi  
inuocat, dum igni spiritus sancti accendi-  
tur.

Arca testamēti circumtecta auro ipsum  
Christum purum ab omni peccato adum-  
brat. ut autem huius arcæ vestes, annuli &  
instru-

stru  
justi  
pur  
arca  
virga  
gis &  
Quoc  
mina  
umbri  
adue  
Chri  
ator  
comi  
Iustifi  
reden  
querr  
perf  
prop  
spiritu  
etasur  
Vr  
catio  
veru  
bit po  
verit  
ait:  
nain  
de co  
non

strumenta reliqua, auro corruscabant: sic iusti in Christo, & eius sanguine à peccato purgati gloria Christi nitent. Deinde ut arca custos erat tabularum, manna, & virgæ Aaronis: ita Ecclesia custos est legis & Euangelij adeoq; veri cultus Dei. Quod autem hæc arca tegebatur aurea lamina, quæ propitiatorium dicebatur, adumbrabat, quod Ecclesia Christi tegatur aduersus iram D E I, merito mediatoris Christi, qui vnicus & verissimus propitiator est. Ita enim hunc typum Christo accommodat Paulus ad Roma. 3. cum ait: Iustificamur gratis per ipsius gratiam, per redemtionem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorium per fidem. Et Iohannes: Ipse est ἵλασμὸς pro peccatis nostris. Hoc quoq; Dauid in spiritu vidit cum dicit: Beati quorum testa sunt peccata.

Vrna aurea cōtinens Manna, est prædicatio Euangelij cōtinens Christum, qui est verum Manna, de quo si quis ederit habebit perpetuā vitam. Sic enim hunc typum veritas ipsa interpretatur Iohan. 6. cum ait: Patres vestri manduauerunt manna in deserto & mortui sunt: hic est panis de cœlo descendens, vt qui eo vescatur non moriatur. Ego sum panis viuificus

E 5 qui



9

qui è cœlo descendit. Si quis ederit ex hoc pane viuit in æternum. Panis autem quem ego dabo caro mea est, quā ego dabo pro mundi vita. Hic pulchre dominus typum & veritatem, symbolū & rem inter se comparat, & ostendit multos symbolorū participes fieri posse, qui sunt veritatis & rei expertes, non culpa Dei, veritatē & rem yna cum typis offerentis, sed culpa hominum hærentium carnaliter in rebus, quæ in sensus solumodo incurunt.

Virga Aaron quæ germinauit, primum adumbrat resurrectionē Christi. Ut enim illa virga plane mortua fuit & arida, sed postea diuina virtute vitam recepit & floruit: ita Christus virga de radice Iesse mortuus tertio die reuixit, cuius virtute & beneficio omnes qui in Domino moriuntur viui prodibunt de sepulcris in vitam æternam. Ut enim Amygdalina virga ad caput dormientis posita, somnum eripit ac vigilantiam conciliat: ita Christus in quo requiescunt fideles sua virtute, eripit à morte, vt è sepulchrīs prodeant ad vitam æternam. Deinde arida virga denuo virescens & flores producens, significat credentes in Christum, virtute Christi è veteribus nouos fieri. Præterea eadem virga Aaronis adumbrabat efficaciā ministerij

Euan-

Euang  
multu  
tra or  
gem: i  
& sine  
re incip  
hæretic  
Che  
adumb  
verius  
bus hi  
fumpt  
Signifi  
bonos  
stros E  
& ideo  
um, qu  
& velu  
tissimi,  
Hæc sit  
declara  
illis ver  
deat, v  
nostra

D

Mira  
locū, q

quis ederit ex ho  
Panis autem que  
quā ego dabo p  
te dominus typu  
& rem inter se co  
icos symboloru  
i sunt veritatis &  
Dei, veritate & re  
ntis, sed culpa hor  
naliter in rebus, q  
incurrunt.

germinauit, prim  
onē Christi. Vir  
tua fuit & an  
e vitam recepi  
ga de radice ele  
ut, cuius virtute  
n Domino mori  
pulcris in vitam  
gdalina virga ade  
a, somnum eripi  
ita Christus in q  
a virtute, eripi  
prodeant ad vita  
fa virga denuo vir  
cens, significat vir  
tute Christi evert  
rea eadem virg  
ficaciā minister  
Euang

Euangelij. Ut enim virga Aaron arida, tu  
multuantibus, seditiosis flores emisit, con  
tra omnium expectationem, & naturæ le  
gem: ita ministerium Euangelij spretum,  
& sine honore iacens, tum maxime flore  
re incipit & efficax esse, cum acerrime ab  
hæreticis & tyrannis oppugnatur.

Cherubin qui supra arcam positi erāt,  
adumbrabant, Deum nusquam habitare  
verius quam in Ecclesia, hoc est, in menti  
bus humanis, quæ posita peccati mole, &  
sumptis alis spiritus in cœlis versantur.  
Significant præterea Cherubin angelos  
bonos Ecclesiæ custodes esse, item mini  
stros Euangelij, qui ad arcā præsto sunt,  
& ideo dicuntur adumbrare propitiatori  
um, quia ad nutum Christi se componunt,  
& veluti alati, hoc est velocissimi & prom  
tissimi, arcæ, id est, ecclesiæ custodes sunt.  
Hæc sint breuiter indicata potius quam  
declarata de typis veteribus, & quomodo  
illis veritas ipsa perspicue & clare respon  
deat, vt ex vtrorumque collatione fides  
nostra confirmetur.

### D E M I R A C V L I S.

Miraculis tribui quartum inter signa  
locū, quæ vt testimonia patris, Christum,  
eius

eius regnū, sacerdotium & Ecclesiā figurabant, de quibus ideo breuius dicā, quia generalem doctrinam de miraculis aliquoties repetiuimus: referamus tamen huc pauca ex miraculis, ut ostēdamus quomodo & illa Christo & Ecclesiæ eius seruiant.

Supra diximus, cum ageremus de typis Christi & Ecclesiæ ppetuis, de hoc magno mundi opificio, quod sit typus admirādæ gubernationis Ecclesiæ Christi. Hic cogitamus miraculosam conditionem rerum ex nihilo, qua Deus per filium creavit mundum, & suo spiritu iam condita conseruet, esse symbolum miraculosæ ædificationis Ecclesiæ, quam Deus per filium ædificat & exornat, atq; ædificatam suo sancto spiritu tuetur, fouet, conseruat.

Miraculum seruatæ arcæ Noæ in medijs fluctibus, miraculosam præfigurabat seruationem Ecclesiæ Christi in medijs fluctibus persecutionum, quæ Ecclesia ab omni parte à diabolis, & ipsorum organis, malis hominibus, Sophistis, tyrannis, hypocritis, & flagitiosis circumuallatur. Ita hoc miraculum Petrus 1. Pet. 3. miraculosæ saluationi Ecclesiæ accommodat, cum ait: in arca paucæ, hoc est, octo animæ seruatæ sunt in aqua, cui nunc correspondēs exemplar baptismi nos quoq; seruat.

Mira-

Mir  
rum e  
miraci  
reticor  
superbe  
tes, sopl  
lum vñq  
ne sua c  
sti proi  
Mira  
miracu  
super Sa  
Tran  
per mar  
Istrælitis  
ris, figu  
sti & ec  
bus tan  
tus, qua  
sam: sed  
suis affla  
perpetui  
Mirac  
nam nub  
in nocte  
onem Ec  
& Spiritu  
Paulus 1.  
Mirac

Miraculosa destructio & cōfusio lingua  
rum extruentium turrim Babel, figurabat  
miraculosam confusionem linguarum, hæ  
reticorum & prophenorū hominum, qui  
superbe se Christo & eius regno opponen  
tes, sophistica sua turrim Antichristi, in cœ  
lum usq; extollere moliuntur, sed opinio  
ne sua citius in infernum potentia Chri  
sti projcentur confusi.

Miracula Aegyptiaca per Mosen edita,  
miraculosam victoriam Christi & Ecclesiæ  
super Sathanam & eius regno figurabant.

Transitus miraculosus Mosis & populi  
per mare rubrum, cedens transeuntibus  
Israëlitis, & obruens hostes fluctibus ma  
ris, figurabat transitum miraculosum Chri  
sti & ecclesiæ, per medium afflictionū, qui  
bus tamen non impeditur piorum transi  
tus, quarecta pergunt in requiem promis  
sam: sed Sathanas, eius angeli, & qui ip  
sius afflatus se regi sinunt, mari malorum in  
perpetuum obrentur.

Miraculosa deductio populi per colum  
nam nubis in die, & per columnam ignis  
in nocte, figurabat miraculosam deducti  
onem Ecclesiæ in hac vita per baptismum  
& Spiritum sanctum, ut hoc miraculum  
Paulus 1. Corinth. 10. interpretatur.

Miraculosa mutatio amaritudinis aquæ  
in

in dulcedinem, per immissum lignum figurabat miraculosam mutationem misericordiæ nostræ in summam fœlicitatem per Christum in lignum suspensum, cuius virtute omnia amara in dulcia cōvertuntur.

Miraculosa pluua Mannæ de cœlo, & abundantia aquæ fluentis de petra durissima, quibus miraculose populus sustentabatur 40. annis in deserto, figurabat miraculosam alimoniam ecclesiæ in hac vita, videlicet, quod pascatur carne Christi, & potetur eiusdem sanguine in vitam æternam, sicuti Paulus hoc miraculum interpretatur i. Cor. 10.

Miraculosa illa & horrenda oppressio ducentorum quinquaginta virorum, impulsu Choræ Datan, Abyron, & Hon, murmurantes aduersus Mosen & se illi opponentes per seditionem: Recusarunt enim obœdire Mosi, stulte ἀρεγχίας legitimo imperio præferentes, prætextu communis æqualisq; conditionis coram Deo, qui terra viui absorpti sunt, figurabat miraculosam oppressionem omnium diabolorum, & impiorum hominum in extremo die, qui se duci Christo, & legitimo eius imperio opposuerint in hoc Ecclesiæ exilio.

Miraculosa sanatio percussorum à serpentibus per aspectum suspensi serpentis

ænei

ænei,  
crede  
spensi

Min

torum

quod i

diame

gris ar

sto du

etiam

iplis s

aut fu

terone

quod i

inde vt

catio e

œdier

nim D

vestim

pertot

si obœ

stareru

pus, ha

sine de

ficat, in

tam fo

Mir

li per lo

missam

ænei, figurabat miraculosam sanationem credentium per Christum in crucem suspensum. Iohan.3.

Miraculosa vestimentorum & calciamē torum populi Israël conseruatio, adeo quod nec vestimenta attrita sint, nec calciamenta vetustate sint consumta, integris annis 40. mystice docet, eā esse Christo duci nostro pro Ecclesia curam, quod etiam renitentem rerum naturam cogat ipsis seruire, priusquam finat eam perire aut funditus aboleri. Ideo additur in Deū terono. finis huius miraculi, vt ipsi sciretis quod ipse est Dominus Deus noster. Deinde vt hoc miraculū veluti quædā significatio est incorruptionis Adam, si per obœdientiam stetisset, & non peccasset: Si enim Deus, vt ait Augustinus Israëlitarum vestimentis & calciamentis præsttit, quod per tot annos non sunt obtrita, quid mirū si obœdiēti homini eiusdem potentia præstaretur, vt animale ac mortale habens corpus, haberet in eo quendam statum quo sine defectu viueret: ita symbolice significat, immortalitatis gloriam post hanc vitam fore fœlicissimā absq; omni defectu.

Miraculosus transitus Israëlitici populi per Iordanem duce Iosua in terram promissam, post multos labores exhaustos in deser-



deserto , adumbrabat transitum Ecclesiæ per mortem duce Christo in sempiternam requiem, post multas in hac vita afflictiones & miseras, id quod etiam baptismo nostro, teste Augusti. significatur.

Miraculosa subuersio murorum Hiericho, solo circuitu septenario & buccinarū sonitu , adumbrabat spirituale robur Apostolorum , quo validi sunt ad destruendum regnum tenebrarum, & captiuandas mentes hominum in obsequium Dei. Huc respexit Paulus cum scriberet Corinthijs 1. Cor. 10. secundum carnem, inquit, bella non gerimus (arma enim militiæ nostræ non carnalia sunt sed Dei , potestate vallida ad subversionem munitionum) dū ratiocinationes euertimus omnemq; sublimitatem, quæ extollitur aduersus cognitionem Dei , & captiuam ducimus omnem cogitationem ad obœdiendum Christo. Ut ergo buccinæ Leuitarum ex verbo mandantis Dei & spiritu Christi vim demoliendi muros Hiericho habuere : ita hodie vox ministrorum D e i mandato Christi & eiusdem spiritus virtute efficax est, id quod miraculosa Ecclesiæ conservatio hodie testatur. Præterea ut Hiericho non volens se subijcere duci Iehosua funditus deleta est : ita mundus qui ad clangorem

gore  
tium  
fund  
Mi  
.integ  
donec  
braba  
cis Ec  
perare  
accōr  
nech  
Iosue  
nꝫ po  
tute ho  
tis hor  
Dei cr  
seruis  
faciun  
seruori  
ad eoru  
ne gub  
Quic  
plurima  
Orat El  
bus ann  
pluuiā  
& ignis  
ginta vi  
cælo d

gorem tubæ , id est , ad vocem prædicantium se non subijciunt Christo , tandem funditus peribunt.

Miraculosa statio Solis & Lunæ in cœlo . integro diei spacio ad imperium Iehosuæ donec hostes Dei prosternerentur, adumbrabat miraculosam potentiam Christi ducis Ecclesiæ , qua creaturis omnibus imperare quando necesse est , potest , vt se accōmodent necessitatibus Ecclesiæ , donec hostes ipsius pereant. Neque tamen Iosue suopte imperio imperare Soli & Lunæ potuit , sed spiritus C H R I S T I virtute hoc fecit. Nihil enim propter iubentis hominis verbum ( vt ait Augustinus ) Dei creaturæ faciunt , sed quod Dominus serui sui orationi obœdiens præcipit hoc faciunt. Ex quo intelligitur Christum seruorum suorum precibus obœdire & ad eorum necessitatem creaturas oportune gubernare.

Quid referā de Elia Propheta per quē plurima & stupenda edita sunt miracula ? Orat Elias & non pluit super terram tribus annis : rursus ad ipsius preces copiosa pluuvia dimittitur de cœlo. Orat Elias & ignis de cœlo descendit , & bis quinquaginta viros deuorat. Orat Elias & ignis de cœlo descendens absunit holocaustum

F aqua

transitum Ecclesie  
isto in sempiternu  
in hac vita affligh  
od etiam baptis  
significatur.  
suo murorum His  
ptenario & buccina  
t spirituale robur.  
alidi sunt ad defrue  
tarum , & captiuand  
obsequium Dei. Ha  
scriberet Corinthi  
carnem , inquit , be  
a enim militia no  
sed Dei , potestate  
em munitionum) di  
timus omnemq; sub  
mittit aduersus cog  
nitum ducimus or  
do bœdiendum C  
Leuitarum ex ver  
itu Christi vim a  
ericho habuere : I  
um D E I manda  
ritus virtute effo  
sa Ecclesiæ confon  
zterea ut Hierid  
duci Iehosuæ fa  
ndus qui ad clau  
goris

aqua perfusum. Orat Elias & vita mortuo redditur. Quid hæc Eliæ oratio miraculoſe docet? certe, omnia possibilia esse ex fide inuocanti, iuxta illud, quicquid petieritis credentes accipietis. Quid dicam de eodem Elia miraculoſe diuidente pallio suo aquas Iordanis, & igneo curru recepto in cœlum? an non hæc perspicua sunt symbola mortis resurrectionis & ascensionis Christi in cœlum?

Quid referam de Elizeo, qui etiam mortuo vitam restituit? Quid de sanatione miraculoſa Naamā Syri à lepra sua per lotionem in Iordane ad iussum Prophetæ? An nō manifeſte miraculoſa opera Christi figurat? videlicet, purgationem à spirituali lepra, hoc est, peccato per Spiritum sanctum, cuius rei ſymbolum efficax est baptismus noster diuinitus institutus.

Multa ſunt alia veteris testamenti & in Mose & in Prophetis miracula, quæ omnia Christi potentiam & virtutem ipsius in gubernatione Ecclesiæ adumbrant, quæ prætereo. Quod autem omnia ista miracula in Mose & in Prophetis recitata ad Christum referenda ſint, miraculoſum colloquium Mosis & Eliæ cū Christo in monte indicat. Nā illa viſio & transfiguratio monet omnia cum quæ ſunt in Mose, tum quæ ſunt in

Pro-

Prop

S  
bi  
ſacræ  
Chris  
ſteriu  
prior  
& ob  
gicaq  
figura  
eft pot  
& clar  
tis de  
ſtoria  
nia cō  
ſe testa  
ceſſe el  
lege M  
hoc erg  
fidei Cl  
menti, j  
teſtame  
ſtolorū  
Siجدد  
tum ell

Prophetis ad gloriā Christi referenda esse.

DE SECUNDO  
CAPITE.

**S**V P R A diximus duo esse capita, quibus continentur omnia, quæ scripturæ sacræ de communi mediatore nostro, Iesu Christo habent, quorū prius signorū, posterius verborum voce expressimus. De priori, hoc est, de signis hactenus egimus, & ostēdimus quomodo illa tanq; pædagogica quædā symbola nos ad Christū, quem figurabāt, veluti manu ducunt. Reliquum est posterius, quod, verba, id est, perspicua & clara dicta ex Mose, Psalmis & Prophetis de Christo continebit, cum quibus historia noui Testamenti, de Christo p omnia cōgruit. Quemadmodū Dominus ipse testatur apud Luc. cap. 24. cum ait: necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in Iege Mosis, Prophetis & Psalmis de me. In hoc ergo positū est fundamentū & robur fidei Christianorum, q; dicta veteris testamenti, id est, Mosis & Prophetarū, & noui testamenti, id est, Euangelistarum & Apostolorū de Christo per omnia conueniāt. Siqdem Christus solus comune fundamen tum est doctrinæ Prophetarū & Apostolo

F 2 rum.



9

rum. Ad hunc enim solum respiciunt, Ad  
 hunc omnia referuntur. Proinde Paulus  
 recte dicit ad Ephes. 2. Superaedificati estis  
 super fundamentum Apostolorum & Pro  
 phatarum, Hoc fundamentū idem Paulus  
 monstrat, 1. Cor. 3. cum ait, fundamētum  
 aliud nemo potest ponere præter id q̄ po  
 sitū est Christus Iesus. Vt ergo hoc funda  
 mentum fidei Iudæis cōmendet Christus,  
 mittit eos ad Mosen & Prophetas, quos  
 de se scripsisse & sibi testimonium perhi  
 bere affīmat. Similiter Petrus, 2. Pet. 1.  
 dispersos Iudæos mittit ad Propheticum  
 sermonem vtpote firmiorē donec dies il  
 lucescat, & Lucifer oriatur in cordibus eo  
 rum. Stephanus Act. 7. contendit Mosen  
 & Prophetas omnia ea prædixisse quæ fa  
 cta sunt in Christo, vt isto fundamento mó  
 strato, & seipsum in fide confirmet, & errā  
 tes Iudæos ab errore reuocet. Idem facit  
 Act. 2. Et Paulus cum Act. 17. de Christo  
 ex Mose & Prophetis discerneret audiētes  
 Thessalonicenses, cum auditate suscep  
 runt verbum Dei quotidie scrutantes scri  
 pturas num hæc ita se haberent. Eandem  
 rationem perducendi homines ad fidē fu  
 isse reliquorum Apostolorum & Euangeli  
 starū manifestum est, quorum exemplū &  
 nos, quib. pietas cordi est imitari par  
 fuerit.

tit.  
 lige  
 Test  
 ptur  
 dem.  
 Vt  
 feran  
 Iefu  
 consi  
 riam  
 sunt  
 P E I  
 quart  
 scitur  
 mat,  
 ad su  
 perpe  
 Ve  
 tum p  
 tem,&  
 dei ius  
 (mode  
 debatu  
 dia.  
 profec  
 dei ob  
 offensi  
 queba  
 cordia

rit. Hinc apparet quam necessaria sit diligens collatio scriptorum veteris & noui Testamenti quæ non solum lucem scripturis mirabilem affert, verum etiam fidem piorum mirabiliter confirmat.

Vt autem rectius ducamur & certius feramur in cognitionem saluatoris nostri Iesu Christi, duo oportet in primis in Deo considerare, sine quib. maiestatis suæ gloriam integrum tueri nequit. Hæc auté duo sunt, P E R F E C T A I V S T I C I A, & P E R F E C T A M I S E R I C O R D I A, quarum illa summe odit & seuerissime vici scitur omnem iniustiam, hac summe amat, & intime cōpleteatur hominem, quæ ad suam formauit imaginem, & ideo ad perpetuam vitam & felicitatem.

Verū cum astu Sathanæ homo in peccatum prætractus, & propter peccatum in mortem, & sempiternam miseriam ex perfecta dei iusticia præcipitatus esset, nullus locus (modo perfecta maneret iusticia Dei) videbatur reliquus esse perfectæ misericordiæ. Quid ergo reliquum erat? debuit profecto homo ex regula pfectæ iusticiæ dei ob suum peccatum, quo infinitū bonū offensum erat, æternum perire. Ex quo sequebatur, Deum laude perfectæ misericordiæ etiam priuari. Atq; ita & de gloria

F 3 maie-



9


maiestatis Dei & de salute hominis actum esset. Etsi autem potuisset Deus sua potentia usus ( quid enim non potest omnipotens ) ex hoc malo hominem liberare , ut ita locum misericordiae ficeret: tamen ex altera parte fuisset derogatum ipsius perfectae iusticiæ , & diminuta fuisset ex parte gloria maiestatis ipsius : proinde necesse fuit, ut eam saluandi hominis viam inueniret, qua ipsius perfecta iusticia & perfecta misericordia simul consisterent , simulque consentirent in summis gradibus. Sapientia itaque Dei hic succurrit ac remedium promittit tale , quo ita exerit potentiam suam Deus in saluando homine, ut & perfectæ iusticiæ Dei satisfiat, & perfectæ misericordiæ Dei sit locus. Lapso siquidem Adamo parente nostro , in quo nos & rei & corrupti sumus , Deus iuste quidem arguit peccatum, & penas meritas minatur, & ex parte infligit: Sed simul ex summa misericordia, ut clementissimus pater promittit filium conciliatorem perfectæ iusticiæ , & perfectæ misericordiæ Dei: & tandem eundem in mortem pro homine tradit , ut omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam. Etsi autem innocens plane erat filius Dei nobis datus conciliator perfectæ iusticiæ & perfectæ misericordiæ

Dei

Dei,  
susti  
gene  
pecc  
cia or  
ædier  
beren  
sli vita  
vt Pai  
cit pe  
in eo  
sua sa  
nos ce  
maner  
miseri  
merit  
stum.  
simus.  
meran  
Paulus  
vt om  
quem  
pasim  
memo  
lus no  
recens  
quide  
& requ  
puasol

Dei, si ipsum consideras: tamen quia volés sustinuit personam veluti totius humani generis, iuste in eo punitum est alienum peccatum, vt sicut vnius Adami contumacia omnes facti sumus rei: ita filij Dei obedientia iusti constituantur multi, id est, libarentur à reatu, & donati iusticia Christi vitam possideant æternam. Eum ergo vt Paulus ait, Qui non nouit peccatum fecit peccatum, vt nos fieremus iusticia Dei in eo, hoc est, pater dedit filium, vt morte sua satisfaceret pro peccato: & iusticia sua nos coram Deo iustos statueret: Atq; ita manent saluæ perfecta iusticia, & perfecta misericordia Dei, λύτρω peccati soluto, & merito iusticiæ comparato per vnū Christum. Vides ergo quomodo Deus seuerissimus scelerum est vltor, quæ tamen ex mera misericordia cōdonat, hoc est, quod Paulus ait: Concludit omnia sub peccatū vt omnium misereatur. Iam habemus, ad quem scopum referenda sint omnia quæ passim in Mose, Prophetis & Psalmis com memorantur de Christo. De quo quia salus nostra in eius noticia & fiducia cōsistit recensebimus scripturæ testimonia, non quidē omnia, quod immensi laboris esset & requireret longissimū tēpus: sed præci pua solūdo eaq; in certa mēbra digesta,

F 4 ad



9

ad quæ alia, quæ in lectione scripturarum occurrunt facile reduci poterunt. Sint ergo hæc membra.

1. Promissio.
2. Persona.
3. Qualitas personæ.
- 4 Officium.
5. Aduentus.
6. Acta
7. Euenta.
8. Vsus & fructus.

In horum membrorum explanatione concurrunt multa alia, quæ ad huius mysterij explicationem facere videbuntur, quæ nolebam membratim proponere, ne nimis perplexa & obscura partitio nostra redderetur.

### D E P R I M O.

Omnium primum considerentur promissiones de Messia, quæ comparatæ ad perfectam iusticiam & perfectam misericordiam Dei, & clarius intelligentur & dulcius accipientur.

Priusquam autem promissiones propnamus, admonendi sunt auditores de regula vtilissima in scripturarum lectione, ac potissimum in promissionibus diuinis obseruan-

serua  
pro  
miss  
dem  
pron  
dem  
fessio  
prom  
Ge  
primi  
quitu  
pona  
terse  
teret  
um. H  
miseric  
dæiu  
& ext  
um ec  
futura  
Pri  
inter  
serper  
& hor  
stum c  
serpen  
dum pi  
vt q in  
caussan

one scripturam  
poterunt. Sint  
ersona.  
ctus.  
orum explanation  
qua ad huius my  
cere videbuntur,  
tim proponere, ne  
cura partitio nostri  
I M O.  
onsiderentur pri  
qua comparata  
z perfectam milie  
ius intelligentur  
romissiones prop  
taudidores de re  
arum lectione, p  
nibus diuinis ob  
seruan

Seruanda. Regula autem hæc est. In omni promissione diuina, & ea quæ cum re promissa stare non possunt, & ea quæ cum eadem necessario coniunguntur, simul sub promissionem cadunt: ita ut illorum qui dem ablato, horum vero donatio & possessio promittatur. Hac regula stabilità promissiones videamus.

Gen. 3. Dominus, lapsis in peccatum primis nostris parentib. astu sathanæ, allo quitur serpentem hisce verbis. Inimicitias ponam inter te & ipsam mulierem, & inter semen tuum & semen eius, ipsum conteret tibi caput, & tu conteres ei calcaneum. Hæc verba continent primam promissionem de Messia conciliatore perfectæ iusticiæ, & perfectæ misericordiæ Dei, & extenditur hæc promissio ad perpetuum ecclesiæ cursum in hac vita & eiusdem futuram gloriam in æterna vita.

Primum enim prædicitur hic certamen inter serpentem & mulierem, inter semen serpentis, id est, omnes impios, angelos & homines, & semē mulieris, id est, Christum cum sua Ecclesia. Cum diabolus hic serpentis nomine designatur (quæadmodum prophetæ & Christus interpretātur, ut q in diabolum rejciant interitus nostri caussam) cogitanda est versutia Sathanæ,

F 5 & calli-



9

& calliditas in decipiendis hominibus. Sicut enim tum ad decipiendos primos homines abusus est Sathan solertia serpentis, qua serpens diuinitus ornatus erat: ita hodie quoque creaturis Dei, & donis præclaris abutitur idem impostor, in potentibus & sapientibus mundi hominibus ad insidias Ecclesiæ Dei struendas. Monemur ergo damno primorum paratum, ut cauiores simus, ac non sinamus nos vel splendore & potentia tyrannorum, vel sophistarum pertrahi in laqueos Sathanæ, qui per Sophistas corrumpt scripturæ simplicitatem in multorum perniciem. Memores ergo antiquæ artis Sathanæ, à puritate & simplicitate promissionum diuinarum non deflectamus neque ad dextram neq; ad sinistram.

Secundo promittitur Christo & Ecclesiæ in Christo victoria. Ipsum inquit scilicet semen, conteret caput tuum, hoc est, Christus filius virginis ut princeps destruet opera tua, id est, peccatum & mortem (hæc enim sunt quæ diabolo caput erigunt & eius regnum stabiliunt) pro peccato satisfaciens, ut perfecta stet Dei iusticia, sumto de peccatore supplicio, & perfecta inueniatur misericordia Dei, recepto hominem in

ne in  
ita lib  
quot  
nascu  
sunt be  
felicit  
miseria  
hac pr  
Christu  
bol, i  
destru  
vitam.  
per sp  
me quo  
veri sem  
fideles,  
semini  
serpente  
Apostoli  
Deus pa  
vestros  
Iohanni  
dum, fi  
diabolu  
cem ince  
hendim  
enim soli  
cipis hui  
princeps

ne in gratiam, intercessione Filij. Atque ita liberabit Christus semen suum ( id est, quotquot per fidem & Spiritum sanctum nascuntur filii Dei) à diaboli potestate, vt sint beati, immortales, perfecto bono & felicitate abundantes, liberique ab omni miseria, ira & maledictione. Sic Iohannes hanc promissionem interpretatur cum ait: Christus apparuit vt dissoluat opera diaboli, id est, peccatum & mortem, quibus destructis, necesse est restituiri iusticiam & vitam. Quoniam autem Ecclesia Christi est per spiritum seminis mulieris nata, semine quoque suo modo mulieris dicitur, quia veri seminis mulieris membra sunt omnes fideles, qui Ecclesiam constituunt. Huic semini simul promittitur victoria super serpente id est diabolo. Hinc depromisit Apostolus promissionem illam ad Rom. 16. Deus pacis conteret Sathanam sub pedes vestros cito. Huc etiam pertinet illud Iohannis: Hæc est victoria quæ vicit mundum, fides vestra. Per mundum intelligit diabolum & semen eius, per fidem victricem intelligit Christum, quem fide apprehendimus, possidemus & retinemus. Hic enim solus viator & condemnator est principio, & perfectio huius mundi, vt ipse testatur cum ait: Dei recepto horum

Tertio

Tertio rabies diaboli & seminis eius significatur, cum additur. Et tu conteres seu mordebis ei calcaneum, id est, insidaberis semini mulieris, id est, Christo & eius Ecclesiæ. Christum quidem persequeris usq; ad mortem crucis, sed ex morte resurgens cōteret tibi caput & regnum tuum destruet. Ecclesiam verò Christi semen, ex insidijs petes, ut eam mendacio & homicidio deformes, sed nihilominus in Christo victrix tandem euadet. Nam ut capitis contritione significatur oppressio Sathanæ & regni eius: ita calcanei morsu, victoria Ecclesiæ significatur, sed non sine afflictione. Hinc colligamus definitiōnem crucis Ecclesiæ, quæ eius nota recte dici potest. Ineptum est enim quilibet crucem dicere Ecclesiæ Christi notam esse. Siquidem crux Ecclesiæ hic significatur esse persecutio Ecclesiæ à serpente & eius semine, propter inimicitias quæ sunt inter serpentem eiusq; semen, & semen mulieris, id est, Christum caput, & eius membra Ecclesiam. Nunquam enim inter hos conueniet. Mulieris enim semen iustum, & serpens iniustus cum suo semine in contraria studia feruntur, & durabit hoc certamen donec hic mundus steterit: sicut ipse Christus etiam prædixit, Apostoli testantur

stanti  
de m  
tatem  
esse ac  
semine  
ergo q  
fecta n  
mine cu  
punit I  
sticæ,  
sti, vt e  
atur ci  
breuite  
prima pi  
rationer  
Hic n  
B. Mac  
qua pri  
tum no  
perpetua  
funt in E  
omnis he  
amœnus  
bus confi  
ornatus, i  
sto. In ho  
homine,  
Iesus. Sen  
semina, l

li & seminis eius  
ar. Et tu concre  
neum, id est, insid  
, id est, Christo  
tum quidem pe  
a crucis, sed ex m  
ibi caput & regn  
esiam verò Christi  
es, vt eam menda  
ies, sed nihil omni  
dem euadet. Nam  
significatur opprel  
ita calcanei mon  
ficiatur, sed non i  
olligamus definitio  
qua eius nota rei  
n est enim quam ill  
eis Christi noram  
clesia hic significa  
fiz à serpente &  
nicitias qua sum  
emen, & semen  
i caput, & eius in  
amoenus pulcherrimis arboribus & flori  
quam enim inter  
bus consitus, id est, donis Spiritus sancti  
nim semen iusur  
ornatus, iustificatus & sanctificatus in Chri  
suo semine in sto. In hoc Paradyso, id est, quolibet pio  
& durabit hoc homine, est arbor vitae, qui est Christus  
dus steterit: Iesus. Sensus hominis externus, est veluti  
dixit, Apostol fœmina, hoc est, Eua ipsa. Ratio hominis  
fla.

Hic nobis non est prætereundum quod  
B. Macharius scribit in quadā homilia, in  
qua primam seductionem primorū paren  
tum nostrorum in Paradiso, fuisse imaginē  
perpetuarum insidiarum singulorum qui  
sunt in Ecclesia, testatur. Est siquidem  
omnis homo pius vt Paradisus quidam  
amœnus pulcherrimis arboribus & flori  
bus consitus, id est, donis Spiritus sancti  
ornatus, iustificatus & sanctificatus in Chri  
sto. In hoc Paradyso, id est, quolibet pio  
homine, est arbor vitae, qui est Christus  
Iesus. Sensus hominis externus, est veluti  
dixit, Apostol fœmina, hoc est, Eua ipsa. Ratio hominis  
illustra-



9

illustrata luce cœlesti, instar Adami ipsius est. Voluptas carnis serpentem repræsentat. Hæc voluptas afflata à diabolo sensum pertentat, vt sensus victus illecebris alliceat rationem virum suum. Hæc ergo voluptas ceu serpens, singulos hominis sensus suis beneficijs sibi subiçere conatur. Auditum, vocum sonitu & honoribus aggreditur. Visum, splendore & diuitijs sollicitat. Tactum, philtoris venerijs circumuallat. Olfactum, odorum fragrantia detinet. Gustum, delicijs ciborum & potuum inescat. Sensus in hunc modum victus & deceptus, vt Eua altera, à voluptate serpente, rationem, id est, virum suum cui subiectus esse deberet, aggreditur, eum allicens suauitate fructus, quem ex rebus carnalibus pollicetur. Huic si ratio obtemperat, fit ex regina subdita, ex domina serua. Atque ita homo rursus ex arbore vitae excluditur, & exclusus peribit, nisi rursus per pœnitentiam gustauerit de fructu arboris vitae. At si ratio sensui non obtemperat, viriliter agit, fructu arboris vitae roboratur, & crescit ad vitam æternam. Hæc imago nos nostri officij admoneat, vt caute ambulemus, ne voluptatibus carnis, & concupiscentijs huius mundi vincamur.

Hæc

Ha  
Gen.  
(loq  
famil  
22. fe  
femine  
men Pa  
stum ci  
siones  
sed tan  
est Chi  
nobis  
ius pro  
tentia.  
liberati  
sempite  
ira Dei  
dine et  
de appre  
sanctific  
nunciab  
nedictur  
cia Dei,  
tus est le  
tur Pauli  
parer do  
dixit nos  
sibi in Ch  
per sangu

Hæc ipsa promissio iterum proponitur Gen. 12 hisce verbis: Benedicentur in te (loquitur enim ad Abrahamum) omnes familiae terræ, hoc est, ut ipse Dominus ca. 22. se exponit, cum ait: benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. Hoc semen Paulus Gal. 3. interpretatur esse Christum cum ait; Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius. Non dicit & seminib. sed tanquam de vno, & in semine tuo qui est Christus, quē Psal. 53. dicit esse positū nobis in benedictionē sempiternam. Huius promissionis hæc est simplicissima sententia. Gentes, id est, homines quicunqz, liberati à maledictione legis, & miseria sempiterna, horumque causis peccato & ira Dei, & donati benedictione & beatitudine æterna per Iesum Christum, quem fidem apprehendūt, in quo & iustificantur & sanctificantur, beabunt se & fœlices pronunciabunt: quoniam per semen hoc benedictum, & satisfactū est perfectæ iustificationis Dei, & perfectæ misericordiæ Dei factus est locus. De hac benedictione loquitur Paulus ad Ephes. 1. Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui bene dixit nos benedictione spirituali in cœlestib. in Christo, in quo habemus redēctionē per sanguinem eius & remissionē peccatorum

rum : Atque ita videmus quod hæc repe-  
 tita promissio effectum victoriæ super ser-  
 pente clarius exprimit , ac veluti definit  
 ipsam victoriam benedictionis voce . Nam  
 plenissima beatitudo hic voce benedi-  
 ctionis significatur : Quemadmodum ex  
 Paulo ostendi . Deinde in hac promissio-  
 ne obseruetur particula vniuersalis . O M-  
 N E S inquit , G E N T E S . Detestemur igit-  
 tur tanquam serpentis venenum eorum  
 dogma , qui hanc vniuersalitatem Sophi-  
 stica conantur eludere , ac gratias agamus  
 Deo , pro sua immensa gratia quam pro-  
 miscue omnibus offert , & nos includa-  
 mus in hanc vniuersalem promissionem  
 gratiæ per fidem . Neq; enim omittit Mo-  
 ses modum applicationis beneficiorum  
 huius benedicti seminis . Nam Genes. 15.  
 ait : Credidit Abraham Deo & reputatum  
 est ei ad iusticiam , id est , fides , vt Paul.  
 ad Roma . 4. hoc dictum interpretatur ,  
 credenti Abrahamo imputata est ad iusti-  
 ciam . Est autem hæc iusticia præcipua be-  
 nedictionis in Christo promissæ portio .  
 Nam vt iusticia peccato opponitur : ita  
 eadem iusticia via est ad vitam benedicti-  
 onis finem . Dicitur autem fides imputari  
 ad iusticiam , non dignitate sua , non me-  
 rito : sed quoniam organum est quo ap-  
     prehendit

mus quod hæc  
um victoriae super-  
nit, ac veluti defi-  
ditionis voce. N  
o hic voce ben-  
: Quemadmodum  
nde in hac promissione  
cula vniuersalis. O  
T E S. Detestemur  
ntis venenum eon-  
vniuersitatem Sop-  
e, ac gratias agan-  
isa gratia quam pri-  
ert, & nos includ-  
alem promissione  
eque enim omittit M  
: cationis beneficior  
inis. Nam Genel  
am Deo & reputa-  
id est, fides, vt P  
lictum interpretata  
imputata est adiu-  
ciusticia præcipue  
isto promissio por-  
ccato opponitur  
ad vitam bene-  
utem fides impo-  
nitate sua, non  
ganum est quo  
pre

prehenditur iusticia Christi, cuius imputa-  
tione iusti sumus. Ideo Paulus alibi  
clarior loquitur, vbi dicit nos fide iustifi-  
cari, quatenus nimirum fides Christi obœ  
dientiam apprehendit, qua nobis imputa-  
ta iusti censemur. Non ergo pugnant, fi-  
des imputatur Abraham ad iusticiam, &  
nos obœdientia Christi iusti sumus: siqui-  
dem illud huic subordinatur. Quæ aut sub-  
ordinata sunt, minime repugnant. Hu-  
ius applicationis meminit etiam Ieremias  
cap. 17. Benedictus vir ille qui confidit in  
Iehoua, id est, merito benedicti seminis,  
quod fide apprehendit: beatus est quisquis  
crediderit. In eo enim liberatur à pec-  
cato & donatur iusticia & vita. Ut ergo fi-  
de accommodamus nobis gratiam vniuer-  
salem in benedicto semine propositam:  
ita infidelitas hanc gratiam reijcit. Ex quo  
fit ut gratia quæ ex consilio Dei omnibus  
offertur vtpote vniuersalis, fiat culpa ho-  
minis particularis, vt stet firmum dictum  
illud Daniel: perditio tua ex te Israël in  
me tantummodo auxilium tuum. Hic rur-  
sus videre est, quam concinne perfecta iu-  
sticia & perfecta misericordia Dei in hoc  
semine Abrahæ conueniant, & mutuo au-  
xilio se sustineant. Id quod D. Paulus clari-  
ssime ad Gala. 3. docet, cum ait Christus

G rede-



9

redemit nos de maledicto legis factus pro nobis maledictum ( id est maledictionis pœnam nostro nomine sustinens, vnde satisfactum est perfectæ Dei iusticiæ ) vt in gentib. benedictio Abrahæ fieret in Christo, id est, vt perfectæ misericordiæ Dei fieret locus, qua in gratiam recipit peccato rem. Cum his duab. promissionib. congruūt omnes aliæ de Christo, vbi cunq; leguntur apud Prophetas. Nam Prophetæ suas prædictiones de Christo mutuati sunt à Mose, quas suis accommodarunt auditoribus, prout tempus & ratio postulabant. Ex quibus multas cogemur adducere in sequentium mēbrorū nostræ partitionis explicatione. Hic solūmodo teneamus, q; aptæ historia Euangelica, & scripta apostolica cum his duabus promissionibus quas declarauimus, congruant.

## D E S E C V N D O.

Cum Messias promissus in scripturis dicitur Iehoua, Semen Abrahæ, & Emanuel, docemur quod Messias sit Deus, q; sit homo, quod sit vna persona Θεός. Etsi autē persona est æterna: tamen nunc dicitur constare ex duab. naturis, quia iuxta tēpus diuinitus ordinatū, filius Dei assumptus sit

sit humanam naturam in vnonem hypostaticam , vt Messias esset Deus & homo vna persona in duabus naturis subsistens.

Diuinæ naturæ in Christo inter alia hæc sunt testimonia.

Psal. 2. Dauid in persona Dei Patris alloquitur filiū hisce verbis , Filius meus es tu, ego hodie genui te. Est enim filius æternus à patre æterno genitus ineffabiliter totius essentiæ communicatione ab æterno , in qua essentia nullum punctum dari potest, nec principij, nec medijs, nec finis, vt in rebus creatis.

Psal. 44. Sedes tua Deus in seculum seculi, virga æquitatis virga regni tui, dilexisti iusticiam & odisti iniquitatem, propterea vnxit te ò Deus Deus tuus oleo exultationis præ consortibus tuis. Hic Dauid vaticinatur de regno Christi quem Iehoua nominat. Est enim Iehoua nomen diuinæ naturæ seu essentiæ proprium ; quia ab omni æternitate est & semper est. Hebræi enim ipsi testantur hoc nomen Deo impositum esse , ad significandam nudam diuinam essentiam secundum se , absque aliquo respectu ad creaturas , & propterea sit incommunicabile creaturis.

Psal. 68. Iehoua nomen illi, exultate in conspectu eius.

G 2

Esaïæ

legis factus p  
Est malediction  
e sustinens, unde  
Dei iusticiæ) ve  
ra fieret in Ch  
misericordia Da  
uid recipit pecca  
promissionib. co  
Christo, vbi cunct  
tas. Nam Prophe  
Christo mutuatis fu  
ommodarunt aud  
s & ratio postula  
cogemur adduci  
orū nostra parti  
c. solumodo teneat  
Euangelica, & scil  
s duabus promissio  
nus, congruant.

V N D O.

Iesus in scripturis.  
Abrahæ, & Eman  
sias sit Deus, q  
sona. Etiam p. E  
tamen nunc dicit  
turis, quia ius  
filius Dei affl

Esaiæ 9. vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis.

Ierem. 23. Ecce dies veniunt dicit Dominus, & suscitabit Dauid germanum iustum & regnabit rex, & prosperabitur & faciet iudicium & iusticiam in terra, in diebus eius saluabitur Iuda, & Israël habitabit confidenter. Et hoc est nomen quod vocabunt eum, Iehoua iustificator noster.

Huc accedit cultus diuinus solius Dei proprius, Psal. 72. Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei. Nunc autem Deutero. 6. scriptum est: Dominum Deum tuū adorabis & illi soli seruies. Prætereo officium & opera, quæ plane diuina sunt. Dicitur enim passim in scripturis creare, saluare, iustificare, beare quæ nulli recte tribuuntur nisi Deo.

Multa dicta noui Testamenti cum his veteris testamenti testimonij congruunt. Iohannis 1. dicitur filius D E I λόγος, qui erat in principio, qui erat apud Deum, qui erat Deus, per quem omnia facta sunt: Et paulò post disertis verbis vocat & definit λόγον hunc, filium Dei. Vidimus, inquit, gloriam eius, gloriam tanquam vnigeniti à patre. Vox patris sonat de cœlo super eum huiusmodi. Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacitum est, hunc audite.

Paulus

omen eius admi-  
 eus, fortis.  
 veniunt dicit Do-  
 uid germen iustu-  
 sperabitur & fac-  
 in terra, in diebus  
 & Istaël habitab-  
 at nomen quod vo-  
 lificator noster.  
 diuinus filius Da-  
 orabunt eum om-  
 gentes seruient ei  
 . scriptum est: Do-  
 abis & illi soli ser-  
 & opera, que pla-  
 ur enim paſsim in-  
 re, iuſtificare, bea-  
 uuntur niſi Deo.  
 ſtamenti cum hiſ  
 ionijs congruum  
 is DEI ab his, q  
 at apud Deum, q  
 mnia facta ſunt: E  
 bis vocat & defini-  
 vi dimiſus, inqui-  
 tanquam vniq[ue]m  
 de ccelo ſup eum  
 meus dilectus es  
 t, hunc audire  
 Paulus

Paulus ad Rom. 1. vocat Christum, filium  
 Dei: Qui, inquit, declaratus est filius Dei  
 per potentiam. Ad Rom. 9. loquens de  
 Christo ſic ait: Qui eſt Deus laudandus in  
 ſecula. 1. Ioh. 5. Scimus quod filius Dei ve-  
 nit, & dedit nobis mentem, vt cognosca-  
 mus illum, qui verax eſt, & ſumus in veraci-  
 illo, id eſt, in filio eius Iesu Christo, hic eſt  
 verus Deus & vita æterna. Habemus igit-  
 tur consentientia testimonia veteris & no-  
 ui Testamenti de vera deitate seu diuina  
 natura filij.

Verum quo plenius iuuētus de hoc my-  
 ſterio erudiatur, & firmis rationibus ar-  
 metur aduersus eos, qui ex inferis Aria-  
 na dogmata reuocare conantur: huc duo  
 breuiter adijciam. Vnum quomodo non  
 tres dij ſint, etſi & pater ſeorsim eſt & di-  
 citur Deus, ſimiliter & filius, item ſpiritus  
 sanctus. Deinde quantum interfuerit no-  
 stræ ſalutis, vt mediator noster verus æ-  
 ternus & omnipotens Deus eſſet.

Quantum autē ad primum attinet, hæc  
 demonstratio inprimis teneatur, videli-  
 cet, quod nihil re & actu infinitum poſſit  
 vel partitione vel defluxione, vel propa-  
 gatione, vel alio quoquis modo multipli-  
 cari. Hoc enim infiniti natura ita repu-  
 gnat, vt fieri non poſſit, vt simul ſtent na-  
 G 3 tura

tura infinita, & eiusdē quo quis modo multi plicatio. Nunc aut̄ verbum Dei nobis diuinam naturā prædicat infinitam & immensam , vt quæ omnia impleat, & à nullo excludatur. Ierem. 23. Nonne deus de p̄pin quo ego sum, dicit dominus, & nō deus de longinquo. An non cœlum & terram ego impleo dicit Dominus. Et Psal. 138. Quo ibo à spiritu tuo & quo à facie tua fugiam. Si ascendero in cœlum tu illic es, si descendero in infernum, ades. Si sumsero pennas meas diluculo , & habitaueris in extremis maris , etiam illic manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Hinc concluditur infinitas & immensitas essentiæ seu naturæ diuinæ. Hoc autem cum ita sit , quid quæso ineptius? quid absurdius? imo quid magis impium esse potest? quam simplicissimam infinitatē diuinæ naturæ discerpere & numero multiplicare? Iam si & ineptum & absurdū & impium hoc est, qd dicemus de illis qui plures esse Deos quam vñ fini gunt ? Huc accedit Mosis vox Deuter. 6. Audi Israël Iehoua Deus noster Iehoua vñus est. Etsi ergo tres sunt iuxta verbum & patefactionem , non separatæ quidem à se inuicē , sed suis proprietatibus & numero distinctæ personæ: tamē ex eo nō sequitur tres esse Deos. Sunt enim hæ tres singulæ per-

per  
in q  
sent  
cabi  
mina.  
tiplic  
titio  
rijam  
caret  
creat  
uina  
diuin  
com  
vero si  
subsist  
dixir  
nent  
quitu  
tingent  
na in  
filius  
tre. Et  
dum fil  
scrutab  
monui  
quider  
person  
genita,

personæ, vñus & idē perfectus Deus, quia  
in qualibet persona non est aliqua Dei es-  
sentiæ pars sed tota essentia, eaque inse-  
cabilis quia infinita. Non ergo essentia di-  
uina in qua subsistunt hæ tres personæ mul-  
tiplicatur. Pugnat enim sectio seu par-  
titio cum simplicissima infinitate, sicu-  
ti iam demonstrabimus. Si enim multipli-  
caretur infinitas, finita fieret: Si finita,  
creatura. Si creature, nullo pacto diui-  
uina essentia dici posset. Proinde essentia  
diuina infinita est natura, tribus personis  
communis, et si vna sit numero. personæ  
vero sunt tres quæ in hac communi natura  
subsistunt, non quidem separatae ut antea  
diximus vna ab alia. Nam se mutuo conti-  
nent *natura* *metaphysicæ* vt Damascenus lo-  
quitur. Est autem *metaphysicæ* mutua con-  
tinentia, qua tres personæ trinitatis, v-  
na in alia vicissim continentur, vt cum  
filius dicit: Pater in me est, & ego in pa-  
tre. Et Paulus: Erat Deus in Christo mun-  
dum sibi reconcilians. Sed hoc mysterium  
*metaphysicæ* cineri & pulueri plane est in  
scrutabile: Sed distinctæ duntaxat, vt  
monuimus, proprietatibus & numero. Si  
quidem pater est persona gignēs, filius est  
persona ab omni æternitate ineffabiliter  
genita. Spiritus sanctus est persona pro-  
hæ tres singula

G 4 cedens

cedens à patre & filio ab omni æternitate.  
 Tres ergo illæ diuinæ personæ non sunt  
 tres dij: sed vnuis idemq; Deus propter sim-  
 plicissimam trium personarū in vnam ean-  
 demq; naturam vniōnem. Cum ergo Deū  
 nominamus, intelligimus essentiam diui-  
 nam in qua tres personæ subsistunt. Cū pa-  
 trem filium & Spiritum sanctum nomina-  
 mus, intelligimus personas subsistentes in  
 illa communi natura diuina, distinctas p-  
 rietatibus & numero. Quod autē exem-  
 pla nulla in natura creata huc per omnia  
 quadrant, ratio est. Quia natura creata  
 est finita, & multiplicabilis, cum increa-  
 ta sit infinita & minime multiplicabilis. Su-  
 mamus exempli cauſa naturam humānā.  
 In hac natura humana finita & multiplica-  
 bili, subsistunt plures personæ vt Petrus,  
 Paulus, Iohānes. Est enim humana natura  
 illis communis: sed Petrus, Paulus, Iohan-  
 nes non sunt vnuis homo numero sed tres.  
 Quia & multiplicata est essentia humana,  
 & separati sunt Petrus, Paulus, Iohannes  
 à ſe inuicem, & diſtinguuntur personali-  
 bus proprietatibus. Est ſiquidem ſimilis  
 essentia humana in Petro, Paulo, Iohanne,  
 non vna eademq; numero. Si enim vna ea-  
 dēq; numero essentia humana eſſet in Pe-  
 tro, Paulo, Iohanne, non diceretur nec eſ-  
 sent

ſent  
 para  
 elle  
 ſcrip  
 ratib  
 tamer  
 vna n  
 tres il  
 Hinc  
 absol  
 ſe co  
 laria,  
 num,  
 go pa  
 tus, Si  
 de alij  
 ſunt t  
 enim  
 ma di  
 Contr  
 qualis  
 titus fa  
 dicunti  
 eſſentia  
 ad mut  
 compa  
 Iam  
 buerit  
 diatore

sent tres homines sed vnuis homo , nec se-  
parati essent à se inuicem , vt vnuis possit  
esse hic & aliis alibi. Videmus ergo cur  
scriptura , etsi tres personas suis proprie-  
tibus & numero distinctas agnoscit, non  
tamen tres Deos adorat. Quia non est nisi  
vna numero diuina essentia,in qua singulæ  
tres illæ personæ perfectè communicant.  
Hinc est q̄ omnia quæ Deo attribuuntur  
absolute , hoc est , sine personarum inter-  
se comparatione seu relatione , sint singu-  
laria, vt esse increatum, immensum , æter-  
num, omnipotentem , ἀπείραντον. Etsi er-  
go pater est increatus , filius est increa-  
tus, Spiritus sanctus est increatus , & sic  
de alijs communib. attributis : tamen non  
sunt tres increati sed vnuis increatus. Est  
enim increatum esse proprietas seu idio-  
ma diuinæ essentiæ , quæ singularis est.  
Contra vero cum dicitur , pater filio æ-  
qualis est , filius est æqualis patri , Et Spi-  
ritus sanctus est æqualis patri & filio, recte  
dicuntur tres coæquales , vt coæterni, co-  
essentiales , immensi, ἀπείραντοι , quia hæc  
ad mutuam personarum, quæ plures sunt,  
comparationem dicuntur.

Iam quare Messias noster Deus esse de-  
buerit videamus. Quod necesse fuerit me-  
diatorem esse Deum duæ grauissimæ sunt

G 5 caus-

causæ, videlicet magnitudo mali, quo premebatur natura humana: Et impotentia seu infirmitas creaturæ ad restituenda bona, quæ per peccatum amissa erant.

Magnitudo mali cernitur in quatuor potissimum, videlicet, in peccati nostri grauitate, in iræ diuinæ iusticia, in potentia mortis, & in diaboli tyrannide crudelissima.

Peccati grauitas maior fuit quā vt eius onus sustinere posset finita potentia, qualis est angelorum & hominum. Nam cum infinitus reatus sit, propter bonum infinitum offensum, videlicet Deum, cuius maiestas læsa erat per peccatū primorum parentum, necesse fuit vt hoc peccatum, aut infinitis pœnis puniretur, iuxta normam diuinæ iusticiæ, aut pro eo satisficeret diuinæ iusticiæ. Verum quia hæc satisfactio debuit esse premium infinitæ bonitatis & æquivalens, non potuit ab ylla imo ne omnibus creaturis simul fieri. Quare necesse fuit expiatorem peccati esse Deum. Solus enim Deus vt est infinitus, ita solus infinitum malum superare abolereque potuit.

Iræ diuinæ iusticia proportionem vindictæ ad offensam postulabat. Cum ergo offensa erat infinita, fuit & ira infinita,  
quam

do mali, quo  
ia: Et impotem  
ad restituenda  
amissa erant.  
ernitur in quatu  
r, in peccati no  
ta iusticia, in pot  
oli tyrannide crue  
aior fuit quā vte  
finita potentia, q  
minum. Nam cu  
pter bonum infi  
Deum, cuius ma  
tū primorum pa  
choc peccatum, ar  
tut, iuxta norm  
pro eo satisficeret  
um quia hæc satis  
minitatem bonit  
tuit ab illa imo  
ul fieri. Quare  
peccati esse De  
t infinitus, ita  
cuius esset infinita potentia?

quam pura creatura sustinere placareque non potuit. Quare necesse fuit ut mediator, qui iram Dei placaret Deus esset. De hac ira loquitur Paulus Roma. i. Reuelatur ira Dei de cœlo super impietatem omnium hominum. Quod aut hæc tolli non possit sine mediatore docet hoc dictum baptistæ apud Iohannem: Qui non credit in filium ira Dei manet super eum. Quod aut hæc ira Dei sit immensa & infinita propter peccatum, (in quo concurrunt hæc mala, contemnus maiestatis diuinæ, superba contumacia aduersus legem Dei, indigna imagine Dei, ad quam conditus erat homo, cōspuratio, imitatio Sathanæ hostis Dei, fœda defectio à castris Dei ad dia**bolum**, & intollerabilis ingratitudo &c.) cognoscitur ex pœna primorum parentū, ex pœna secuta in omnibus posteris Adæ, ex comminationibus diuinis, ex calamitatibus, quibus premitur humanum genus, ex tyrannide diaboli in homines, ex signis iræ Dei in cœlo, in terra, in mari, ex magnitudine æternarum pœnarum, quas ludent qui non conuertuntur, deniq; ex precio infinito soluto, pro redemtione pœnæ peccati. Quis hic non videt, impossibile labat. Cum ei fuisse iram Dei tolli, nisi per mediatorem sit & ira infinita cuius esset infinita potentia?

Poten-

Potentia mortis maior fuit, quam ut ab illa creatura superari potuerit, adeo quod Plinius dixerit, sed falso, ne Deo quidem possibile esse mortuum excitare. Nunc autem cum munus præcipuum est mediatoris destruere morte, necesse fuit, ut potentia diuina polleret, qua ut vitam conferre: ita mortem abolere potest. Non est enim apud illum impossibile ullum verbum.

Tyrannis diaboli crudelissima, sub qua captiuum tenebatur genus humanum propter peccatum, etiam erat opprimenda a mediatore. Quam autem hoc fuerit impossibile humanæ naturæ, historia mundi cum omnium hominum experientia testatur. Quare necesse fuit mediatorem esse Deum, qui tyrannidem diaboli sua opprimeret potentia. Hinc perspicuum est, quod ad magnitudinem mali quo præmebatur genus humanum tollendam requiebatur, ut mediator esset Deus.

Hic iuxta cogitetur magnitudo amoris in æterno patre, & filio, & Spiritu sancto erga genus humanū. Pater filio suo non percit, sed voluit eum subijci pœnis, ut nos ab æternis pœnis liberaret. Filius volens & obœdiens patri factus est victima reatum peccati in se deriuans. Spiritus san-

sanctu  
rum h:  
congr  
nobis e  
gratitue  
nimos i  
aduersu  
Secur  
torem I  
mitas cr  
per pec  
voce im  
duntur:  
necessari  
merat i.  
est nobis  
ficiatio &  
mino gle  
genera ci  
refluvere  
modum d  
Primur  
buit medi  
mundi, qu  
quæ abs  
cius. Qu  
tur esse sci  
catorum  
nostrí.

sanctus ipse vult in cordibus reconciliatorum habitare, & motus diuinæ voluntati congruentes in nobis accendere. Hæc in nobis excitabunt fidem, inuocationem & gratitudinem erga Deum, & munient animos nostros aduersus terrores mortis, aduersus diaboli tyrannidem, &c.

Secunda cauſa cur oportuerit mediatorem Deum esse, est impotentia & infirmitas creature ad restituenda bona, quæ per peccatum amisimus. Etsi autem una voce imaginis Dei hæc bona comprehenderat opprimentem duntur: tamen plura ad eius reparationem necessario requiruntur, quæ Paulus enumerat 1. Cor. 1. cum ait: Christus natus experientia testa est nobis à Deo sapientia, iusticia, sanctificatio & redemptio, ut qui gloriatur in Domino diaboli sua opinione glorietur. Hæc quatuor bonorum generum perspicuum genera creature nulla, aut finita potentia em mali quo prestituere hominibus potuit, Quemadmodum de singulis ordine videbimus.

Primum itaq; SAPIENTIAM de r' magnitudo abuit mediator restituere, non qualis est o, & Spiritu sancti mundi, quæ certis terminis clauditur, sed ater filio suo non quæ abscondita est à principibus seculi in subiecti penitentius. Quæ sane sapiëtia à Zacharia defini beraret. Filius esse scientia salutis in remissionem pec factus est vicinatorum per viscera misericordiæ D E I Ieriuans. Sp̄ostri. De hac sapientia loquitur Eu ange-

angelista Iohannes primo capite cum ait:  
 Deum nemo vedit vñquam , sed filius qui  
 est in sinu patris ipse enarrabit nobis. An  
 non Iohannes Baptista missus est , Zacha-  
 ria patre teste, ad dandam hanc sapienti-  
 am ? An non per angelos & Prophetas  
 potuisset Deus hominib. hanc reuelare sa-  
 pientiā? Aliud est dare sapientiam seu do-  
 cere vt ministri. Aliud est esse sapientiam,  
 hoc est, efficaciter præstare vt corda homi-  
 num percipient salutarem sapientiā. Vox  
 quidem hominis ferit aures corporis : At  
 filius Dei qui est ipsa Dei sapientia, animū  
 hominis sapientia replet salutari. Nam  
 tum demum verbum Prophetarum fru-  
 ctum affert, quando verbū Deus cor ape-  
 rit, & instillat vere sapientiæ semina, quod  
 sane non est creaturæ ullius sed creatoris  
 solius. Ex quo sequitur oportuisse media-  
 torem esse Deum.

Secundo loco oportuit mediatorē Iu-  
 STICIA M restituere. Nam sine perfecta  
 iusticia nemo potest in conspectū Dei pro-  
 dire. verum perfectam iusticiam, quæ suf-  
 ficiat omnibus, nemo potest conferre nisi  
 Deus. Siquidē duo requiruntur, vt homo  
 sit perfecte iustus corā Deo: quorū primū  
 est liberari ab iniusticia & peccato , quæ  
 mala in mundum homines secum afferunt  
 &

& augent  
 ri plena le  
 ficiæ qua  
 neutrū ho  
 us effet. Di  
 ñimus enc  
 tuijnꝝ. D  
 nari iustici  
 sum est,  
 cum finita  
 minibus i  
 tore requ  
 expiationi  
 cere, atque  
 it obœdier  
 os coram  
 dunt, debu  
 qui non no  
 it nos fieri  
 lem proinde  
 infinitam es  
 nibus suffice  
 diator noste  
 SANCTI  
 tur, quam m  
 sane cū null  
 um esse meo  
 lus Dei est  
 quo ne incl

mo capite cum  
quam , sed filius q  
enarrabit nobis.  
ta missus est, Zad  
ndam hanc sapie  
ngelos & Proph  
abo. hanc reuelan  
tre sapientiam seu  
ud est esse sapientia  
refare vt corda ho  
itarem sapientia. Vi  
tis aures corporis.  
Dei sapientia, anim  
plet salutari. Na  
i Prophetarum fru  
verbū Deus cor ap  
pientia semina, qu  
re illius sed creat  
itur oportuisse me  
ortuit mediatorē  
e. Nam sine perf  
in conspectū Dei  
im iusticiam, qua  
o potest conferre  
equiruntur, vt hoc  
i Deo: quorū pri  
ja & peccato, q  
ines secum affer  
mari

& augent postea. Alterum donari & orna  
ri plena legis diuinæ (quæ est mensura iu  
sticæ quæ corā Deo valet ) obœdientia,  
neutrū horū præstisset mediator nisi De  
us esset. De priori supra diximus vbi osten  
dimus enormitatē peccati, & iusticiā iræ  
diuinæ. De altero quod est donari & or  
nari iusticia, qua satisfiat legi Dei, manife  
stum est, quod nullius creaturæ iusticia  
cum finita sit, possit sufficere infinitis ho  
minibus in salutem, quod sane in media  
tore requiritur. Siquidem vt sufficienti  
expiationis victima pro peccatis satisfa  
cere, atque adeo omnem reatum tollere:  
ita obœdientia sua erga legem omnes iu  
stos coram Deo sistere, qui in ipsum cre  
dunt, debuit. Ita enim Paulus ait : Eum  
qui non nouit peccatum fecit peccatum,  
vt nos fieremus iusticia Dei in ipso. Ta  
lem proinde mediatoris iusticiam, hoc est  
infinitam esse oportuit, vt infinitis homi  
bus sufficeret. Quare necesse est vt me  
diator noster sit verus Deus.

S A N C T I F I C A T I O tertio loco sequi  
tur, quam mediator afferre debuit. Quod  
sane cū nulla creatura præstare potuit, De  
um esse mediatorē oportuit. Siquidem so  
lius Dei est dare spiritū sanctificatorē, sine  
quo ne inchoari quidem, nedum cōsum  
mari

mari sanctificatio nostri potuit. Porrò cum sanctificatio opponitur peccato, & in peccato sunt duo, videlicet formale, ut reatus: & materiale, ut viciōsae qualitates & actiones: duplex erit sanctificatio. Una quæ opponitur reatui, quæ est expiatio peccati per Christi sanguinem. Altera quæ opponitur viciōsis qualitatibus & actionibus, quæ est segregatio hominis à prophaniitate gentium per mortificationem carnis, & coniunctio eiusdem hominis cum Deo per vivificationem spiritus. Hæc sanctificatio vocatur etiam à Paulo Philip. 3. Circumcisio spiritualis. Nos, inquit, circumcisio sumūs, qui spiritu Deum colimus, in Christo gloriamur, & non in carne confidimus. Proinde circumcisio spiritualis est amputatio fiduciæ carnis, cui succedit gloriatio in Christo, & purus collendi Deum affectus. Atq; hæc reuera est sanctificatio illa, quam Deus & homo mediator noster affert.

**R E D E M T I O** quam postremo loco collocat Paulus, primum requirit perpetuam præsentiam mediatoris in Ecclesia late per mundum sparsa. Sed quis potest simul & semper in tot locis præsens esse nisi sit Deus? Secundo, requirit custodiam Ecclesiæ, videlicet ut mediator sit custos non

solum

solum  
lorum m  
chinas dia  
ne diuina  
Tertio re  
da, ne fal  
na. Iam a  
corda hor  
sus conte  
ficum,  
Deum.C  
mitus se.  
tate prea  
lius diuina  
rit ut in ext  
prodeant  
nes inde v  
quid ad ta  
turarum v  
omnes hor  
carent mc  
ictu oculi.S  
diator conf  
de obieran  
gloriam,&  
quantum h  
res, nemo  
senu caret  
tis bonis E

solum Ecclesiæ totius: verum etiam singu-  
lorum membrorum aduersus infinitas te-  
chnas diabolorum & hominum, quod sa-  
ne diuinæ potentia esse manifestum est.  
Tertio requirit ut mediator inspiciat cor-  
da, ne fallatur externa hypocritarum lar-  
ua. Iam autem cum solius Dei sit intueri  
corda hominū, & intimos affectuum rece-  
sus contemplari: Et hoc mediatoris est of-  
ficium, certe oportuit mediatorem esse  
Deum. Quarto requirit ut ubique audiat ge-  
mitus se inuocantium, & in spiritu & veri-  
tate precantes exaudiat, quod sane so-  
lius diuinæ virtutis est. Quinto requiri-  
t ut in extremo die exuscitet mortuos, ut  
prodeant ex terræ puluere omnes homi-  
nes inde usque ab Adam ad ultimum. Sed  
quid ad tantum opus valent omnium crea-  
turarum vires? Sane omnes angeli &  
omnes homines suis viribus ne vnum ex-  
citarent mortuum, nedum omnes, idque in  
ictu oculi. Sexto & ultimo requirit ut me-  
diator conferat resuscitatis, qui in vera fi-  
de obierant, æternam vitam, perpetuam  
gloriam, & conformitatem cum Deo. Sed  
quantum hoc superat opus creaturarū vi-  
res, nemo non videt, nisi qui & mente &  
sensu caret. Cum igitur mediatoris sit tan-  
tis bonis Ecclesiam suam ornare, quæ cō-  
fider-

H fer-

ferre nemo potest nisi sit Deus: Profecto  
 necesse fuit mediatorem esse Deum. Hoc  
 cum pie cogitaret Euangelista Iohannes,  
 voluit hoc fundamentum iacere de vera  
 diuinitate mediatoris in principio Euan-  
 gelij sui, vt certo statuamus, mediatore-  
 rem verum Deum esse, personam à patre  
 distinctam: sed eiusdem essentiæ & poten-  
 tiæ, vt & mala tolleret, quibus premitur  
 humanum genus, & bona cōferret, quibus  
 per peccatum excidimus. Breuiter vt om-  
 nia uno verbo concludam. Si mediator  
 Deus non esset, saluator non esset, sed po-  
 tius Saluatore indigeret. Et Iohannes  
 Cassianus: Audi loquentē ad pastores de  
 Dei ortu angelum Dei: Natus, inquit, est  
 vobis hodie Saluator, qui est Christus  
 Dominus in ciuitate Dauid. Ne solum  
 vtiq; in Christo hominem intelligeres, &  
 Domini & Saluatoris nomen adiecit, scili-  
 cet vt quem Saluatorem esse cognosceres,  
 Deum nequaquam esse dubitares: Et cum  
 saluādi virtus non nisi diuinæ competeteret  
 potestati, diuinæ eum esse potentia non  
 ambigeres, in quo saluādi potentiam  
 esse dīdicisses. Atque hæc breuiter sint  
 dicta de veritate diuinæ naturæ in Chri-  
 sto, & cur oportuerit mediatorem esse De-  
 um. Nunc breuiter adiiciemus testimonia

de

de huma-  
 cur necel-  
 Testim-  
 Christo e-  
 beret.  
 Gen. 3  
 mine Set-  
 mulieris  
 nis mulie-  
 humana  
 tor temp-  
 debuit,  
 Postquan-  
 Deus filiu-  
 Gen. 4  
 sub nomi-  
 sceptrum  
 filius mul-  
 um, id est,  
 lere, 31.  
 femina cir-  
 sine virili si-  
 lis mascula-  
 cat, indica-  
 rituram co-  
 Nam curr-  
 ex virili se-  
 hic sit inter-  
 ra & pari-  
 fuerū.

de humana natura Christi, & ostendemus  
cur necesse fuerit Messiam fieri hominem.

Testimonia igitur humanæ naturæ in  
Christo ex multis hæc pauca libuit ascri-  
bere.

Gen. 3. promittitur mediator sub no-  
mine Seminis mulieris. Semen, inquit,  
mulieris conteret caput serpentis. Semi-  
nis mulieris nomine procul omni dubio  
humana natura significatur, quam media-  
tor tempore à patre constituto assumere  
debuit, quod & fecit: iuxta illud Pauli:  
Postquam venit plenitudo temporis misit  
Deus filium suum natum ex muliere.

Gen. 49. promittitur idem mediator  
sub nomine Silo. Non, inquit, auferetur  
sceptrum de Iuda donec veniat Silo, id est  
filius mulieris, qui erit expectatio genti-  
um, id est, promissus Messias.

Iere. 31. Creabit Iehoua nouū in terra,  
fœmina circumdabit virum, id est, fœmina  
sine virili semine grauida, mater erit pro-  
lis masculæ. Siquidem cum hoc nouū vo-  
cat, indicat fœminam concepturam & pa-  
rituram contra cōmunem naturæ cursum.  
Nam cum nouum non sit fœminā parere  
ex virili semine conceptū: sequitur quod  
hic sit intelligenda fœmina, quæ conceptu-  
ra & paritura est cōtra naturæ cursum cō-  
suetū.

H 2 Esai.

Esai. 7. Ecce virgo pregnans pariet filium & vocabitur nomen eius Emanuel, id est, qui erit Deus & homo. Cum his vaticinijs congruit vox Euangelistarum & Apostolorum. Iohan. 1. Verbum caro factū est. Hæc propositio tria docet de Messia, videlicet, in illo esse 1. naturā diuinam 2. naturam humanam. 3. Unionem harū naturarum factam esse. Luc. 2. Nascitur Messias Bethlehem ex virginē de Dauidis prosapia iuxta vaticinia. Et Paulus vocat ipsum filium Abrahæ secundum carnem. Quid multis? Tota Euangelica historia testimonium est de vera humanitate Christi, quam assumit integrum, hoc est, constantem anima rationali, & corpore, obnoxiam tamen communibus humani generis calamitatibus, sed sine peccato. Opportuit enim ipsum, qui sacerdos esset futurus, esse segregatum à peccatoribus, non quidem societate naturæ sed culpæ.

Cur autem oportuerit mediatorem nostrum esse hominem, etsi Prophetæ & Apostoli id multis in locis docent: tamen Paulus omnium clarissime hoc mysteriū explicat, idq; multis in locis: Et summa sententiæ Paulinæ de hac re hucredit. Ut unus homo Adā peccauit, & in damnationem alios omnes secum coniecit: ita congrue-

gruebat i  
risfaceret  
tis æterna  
s. propo  
Adamum.  
& per pec  
mines mo  
cauerunt  
Christum  
per iustic  
vnius hor  
omnes he  
& per vni  
à reatu ven  
ficationem  
catum cau  
nam mort  
iustificatio  
sus sicut pe  
(Adæ) pec  
ita & per v  
cedientiam  
omnes cred  
am diuinæ i  
respicit etia  
Vbi ait: Si  
tur: ita &  
tur, scilicet  
ter, Quem

regnans pariet  
 en eius Emanuel  
 omo. Cum his vi  
 euangelistarum  
 . Verbum caro h  
 tria docet de Me  
 e 1. naturā diuinā  
 . 3. Unionem ha  
 2. Luc. 1. Nascit  
 virgine de David  
 1. Et Paulus voc  
 cundum carnem  
 angelica historiā  
 humanitate Chri  
 tam, hoc est, con  
 si, & corpore, ob  
 anibus humani ga  
 ed sine peccato. O  
 uis sacerdos esset fi  
 n à peccatorib  
 natura sed culpa  
 it mediatorem  
 tsi Propheta &  
 cis docent: tam  
 me hoc mysteri  
 locis: Et summi  
 re huc credit. V  
 , & in damnatio  
 niecit: ita con  
 gruebat iusticiæ diuinæ, vt vnuis homo sa  
 tisfaceret pro peccato, & autor esset salu  
 tis æternæ. Hæc ratio hisce verbis ad Ro.  
 5. proponitur. Sicut per vnum hominem  
 Adamum, peccatum in mundum intravit,  
 & per peccatum mors, & ita in omnes ho  
 mines mors pertransiit, quia omnes pec  
 cauerunt: ita scilicet per vnum, videlicet  
 Christum, iusticia in mundum intravit, &  
 per iusticiam vita. Et paulo post, Sicut per  
 vnius hominis delictum ( reatus venit ) in  
 omnes homines in condemnationem: sic  
 & per vnius hominis iusticiam ( absolutio  
 à reatu venit ) in omnes homines in iusti  
 ficationem vitæ, hoc est, Sicut Adæ pec  
 catum causa est condemnationis ad æter  
 nam mortem: ita Christi iusticia causa est  
 iustificationis ad vitam æternam. Et rur  
 sus sicut per inobedientiam vnius hominis  
 ( Adæ ) peccatores constituti sunt multi:  
 ita & per vnius hominis ( Christi ) ob  
 edientiam iusti constituētur multi, id est,  
 omnes credentes. Ad hanc congruenti  
 am diuinæ iusticiæ in saluatione hominis  
 respicit etiam idem Apostolus 1. Cor. 15.  
 Vbi ait: Sicut in Adam omnes moriunt  
 tur: ita & in Christo omnes vivificabun  
 tur, scilicet nati filii Dei per fidem. Bréui  
 ter, Quemadmodum in vno homine Ada  
 mo

. H 3

mo

mo facti sumus insipientes, iniusti, polluti, & sub æterna morte captiui: ita vnuſ homo Christus Iesuſ, natus eſt nobis à Deo ſapientia, iuſticia, ſanctificatio & redemptio, vt qui gloriatur in Domino glorietur. Hæc congruentia iuſticiæ in Deo præcipua cauſa fuit, cur mediatorem noſtrum oportuerit eſſe hominem, de qua re autor Epistolæ ad Heb. cap. 5. 79. copioſius agit. Sed nobis hoc loco ſatis ſit ſumma rei indicaffe, Aliæ cauſæ quæ affe- runtur, ex hac de qua nunc egimus fluunt, & ad eam referuntur.

Tertium, quod in Messia ſpectandum eſt fe dixi, eſt vnitas personæ. Etsi autem duæ ſunt naturæ mediatoris: tamen non ſunt duæ personæ, ſed vna duntaxat eaq; æterna, quæ dicitur: & V E R B V M ſeu λόγος, tum quia eſt χρεατὴ οὐπώδης τὸν ὕποσάτερον τὸν πατέρον, tum quia de eo & per eum factum eſt verbum promiſſionis, & ad eum omnia, quæ in Prophetis & Apostolis ſunt, referuntur: & F I L I V S D E I, quia ab æterno à patre natus, eiusdem naturæ eſt cum patre. Quicquid enim ab alio nascitur, & eſt eiusdem naturæ cum illo à quo nascitur, dicitur eius filius. Aſſumſit autem hic filius humanam naturam absque eius personalitate propria in v-

nionem

nionem  
vnus fit  
ergo Ch  
sona. N  
perfecta,  
turam, vt  
us & ho  
eſt indiu  
turæ ſub  
homo, e  
ligentis  
ſtvs n  
eſſe perso  
fa. Etsi  
rationalis  
tia: tam  
sona. Re  
vita dica  
ſe ſubliſſer  
nali & inte  
ſe ſubliſſen  
ſti per ſe r  
uina perso  
propria.  
ratione n  
modo. No  
naturam  
ſimul per  
fona eſt q

nionem personalem, vt D E V S & homo  
vnus sit Christus seu vna persona. Non est  
ergo Christus ratione humanitatis per-  
sona. Nam persona Christi est ab æterno  
perfecta, quæ sibi copulauit humanam na-  
turam, vt vna eademque persona esset De-  
us & homo. Si quis obiecerit. Persona  
est indiuidua rationalis & intelligentis na-  
turæ substantia: C H R I S T V S quatenus  
homo, est indiuidua rationalis, seu intel-  
ligentis naturæ substantia: Igitur C H R I-  
S T V S videtur etiam ratione humanitatis  
esse persona. Respondeo. Maior est fal-  
sa. Etsi enim anima Petri est indiuidua  
rationalis & intelligentis naturæ substan-  
tia: tamen vt est in Petro non est per-  
sona. Requiruntur ergo plura ad alicuius  
vt ita dicam personalitatem, videlicet, per  
se subsistere, vt persona sit indiuidua ratio-  
nalis & intelligentis naturæ substantia per  
se subsistens. Nūc autem humanitas Chri-  
sti per se non subsistit, sed subsistit in di-  
uina persona, à qua assumta est vt sit eius  
propria. Non est ergo Christus persona  
ratione naturæ humanæ: sed diuinæ solū-  
modo. Non enim vt omnis persona simul  
naturam complectitur: ita omnis natura  
simul personam comprehendit, quia per-  
sona est quiddam ἰφισάμενος per se.

H 4 Por-



9

Porrò quatuor videntur in hoc mysterio digna diligenti consideratione.

**P R I M V M**, Qualis sit vnio personalis, qua humana natura copulata est diuinæ.

**S E C V N D V M**, Quænam sint naturarum idiomata.

**T E R T I V M**, Quæ qualisque *ἰδιωμάτων κοινωνία*.

**Q V A R T V M**, quid illa *κοινωνία* efficiat.

Vnio personalis in Christo, ut alia vniornis genera præterea, est duarum naturarum, videlicet verbi & carnis, id est, diuinæ & humanæ naturæ copulatio in vna *ὑπαρξίᾳ* seu subsistentiam, inconfusa & impermixta, in qua copulatione natura assumens, id est, diuina ita sibi copulat *περιπτήσιν* assumtam, id est, humanam natūram, ut eam suam propriam faciat, adeo ut vnum constituatur *ὑφισάμενος* saluis naturis vtrisque, & earum naturalibus proprietatibus, & operationibus inconfusis. Et si ergo Christus natura est Deus, & idem Christus natura est homo: tamen non est nisi vna persona. Siquidem diuina persona, humanam naturam ita suam propriam fecit, cum eam sibi vniuit personaliter, ut hæc humana natura assumta, iam non sit aut vñquam esse possit, post vniornem

nem factum  
hominis  
militudin  
est corporu  
trus: Sic  
pus & ani  
Christus  
tamen di  
ra tertia  
vnitis vic  
sto auter  
luit Euty  
salutem cun  
bus, sed vi  
mo effenti  
incolumit  
Hoc Augu  
bis Domini  
in Christo  
tias, id est, n  
scilicet & hi  
tz creatric  
stantia non  
una eadem  
sua semper  
propter vñ  
que aptane  
manitati,  
mirabilia c

nem factā alicuius alterius , nisi Dei verbi hominis facti. Hæc res vtcunq; potest similitudine hac declarari. Vt corpus Petri est corpus animæ Petri , ita vt sit vnuis Petrus : Sic corpus & anima Christi sunt corpus & anima vnigeniti filij Dei, vt vnuis sit Christus essentialiter Deus & homo. Hoc tamen discriminē est. In Petro fit vna natura tertia cōposita ex duabus copulatis seu vnitis videlicet corpore & anima : in Christo autem non fit vna tertia natura, vt voluit Eutyches. Manent .n. Christi naturæ saluæ cum suis proprietatibus & actionibus , sed vna persona, quæ & Deus & homo essentialiter existit , propter naturarū incolumentem saluatam in vno subiecto. Hoc August. etiam testatur Ser. 58. de verbis Domini cum ait : Licet vnam personā in Christo credamus : duas tamen substancias, id est, naturas esse fatemur, diuinitatis scilicet & humanitatis, assumptivis & assumtæ creatricis & creatæ , quæ tamen substantiæ non sunt confusæ, sed vnitæ, atq; in vna eademq; persona inseparabiles , & in sua semper proprietate manentes. Quapropter vnicuique substantiæ propria utique aptanda sunt , id est , infirmitates humanitati, quæ creata est. Signa vero vel mirabilia diuinitati , quæ creauit.

H 5 Idio-

Idiomata in Christi persona sunt proprietates, quibus naturæ, videlicet diuina & humana, & integræ saluæque manent, & distinguuntur vna ab altera. Est enim Idioma quod vni naturæ ita proprium est ut non sit alterius re ipsa. Diuersæ igitur cum sint naturæ, diuersa habeant idiomata essentialia necesse est. Neq; ex personæ unitate confundenda, sed ex naturarum diuersitate distinguenda sunt in uno Christo idiomata. Saluis igitur naturis diuersis, maneant idiomata distincta & idiomatis confusis, confundantur etiam naturæ necesse sit. Cum ergo hæc Enunciatio, Deitas est humanitas, sit absurdæ & falsa, diuersissimæ enim sunt naturæ: fieri non potest, vt ea quæ sunt huius propria, illi attribuantur sine errore & confusione, naturarum. His ita positis, distinctius idiomata naturarum Christi explicemus.

Idiomata ergo diuinæ naturæ sunt duplia. Quædam enim sunt ἀκοινωνία, id est incommunicabilia, quæ re ipsa non communicantur, hoc est, neque induntur creaturis, neque creaturæ aliquas proprietates inde mutuantur. qualia sunt hæc: Esse æternum, esse immensum, esse infinitum, esse incircumspectum, per se existere.

Nihil

Nihil enim, est  
naturæ  
sunt naturæ  
rametis v  
us Deita  
effecta i  
sent. Na  
tur, vt n  
tio alicu  
Huius s  
esse, bo  
esse, pote  
ipsa sunt i  
tutis respe  
dinis cui  
nicari di  
renzæ app  
existit, ho  
qui credit  
Hæc omni  
mata: ram  
creature, p  
roprietas  
Idiomata  
in triplici  
temporat  
post resur  
sti accessie

ersona sunt pro-  
, videlicet diuinum  
aliique manent;  
altera. Est enim  
e ita proprium  
a. Diuersar igit  
a habeant idiomata.  
Neq ex personis  
sed ex naturarum  
la sunt in uno Ch-  
tur naturis diuina  
stincta & idiomata  
ur etiam natura  
hæc Enunciatio,  
it absurdæ & falsæ  
naturæ: fieri no-  
t huius propria-  
tore & confundere  
i positis, distincta  
Christi explicari.

ix naturæ sunt  
sunt diuina, id  
æ re ipsa non con-  
eque induuntur  
ilicas proprietas  
ilia sunt hæc: El-  
n, esse infinitum  
per se existens.

N

Nihil enim præter solum Deum est æternum, est immensum, est infinitum, est a-  
περίγεαπλον, est per se existens. Quædam  
sunt κοινωνία, id est communicabilia, quæ  
tametsi ut sunt, ita manent quoque vni-  
us Deitatis propria, alioqui communia  
effecta non amplius idiomata dici pos-  
sent. Nam τὸ κοινὸν & ἴδιωμα ita opponun-  
tur, ut nec alterum alteri, nec ambo ter-  
tio alicui proprie & re ipsa tribui possint.  
Huius generis sunt, existere, sapientem  
esse, bonum esse, purum esse, sanctum  
esse, potentem esse &c. Hæc enim etsi re  
ipsa sunt Dei propria: tamen usus & vir-  
tutis respectu, item qualitatis ac similitu-  
dinis cuiusdam tenuis ratione, commu-  
nicari dicuntur, quam ob rem etiam κοι-  
νωνία appellantur. Ut cum dicitur, homo  
existit, homo est beatus, virgo est pura,  
qui credit est. Sanctus, rex est potens.  
Hæc attributa etsi Dei re ipsa sunt idio-  
mata: tamen Deus bonus, & amans suæ  
creatüræ, radios quosdam harum suarum  
propriatum communicat creaturis.

Idiomata humanæ naturæ Christi sunt  
in triplici discrimine: quædam enim sunt  
temporaria: quædam perpetua: quæda-  
post resurrectionem & triumphum Chri-  
sti accessere.

Tempo

Temporarea idiomata humanæ naturæ Christi fuerunt infirmitatis, atq; ideo durarunt solummodo vsque ad mortem, vt fatigari, esurire, dormire, tristari, lacerari, angi & multa huius generis. Hæc omnia cum morte deposuit, ea enim ad tēpus assūmserat, vt nobis similis per omnia excepto peccato inueniretur. Pertinebant igitur ista ad tempus exinanitionis, qua filius exinaniuit seipsum vsque ad mortem crucis, non quod diuinitas sui ipsius respectu & seorsim sit exinanita, sed quatenus carni sese vniuit. Non enim vt in naturam humanam participatio gloriæ, ita diminutionis ignominia in diuinam cadit naturam.

Perpetua idiomata naturæ humanæ sunt quibus sublatis, naturam humanam simul tolli necesse est. Fieri enim non potest vt vlla res sine suis proprietatibus consistat. Sunt enim essentiales, vt quæ essentiam ipsam seu naturam constituant. Huius generis sunt capi certo loco, secundum Petrum Apostolum Acto. 3. οὐέχαπτον esse, secundum Nazianzenū & Iustinum. loco teneri secundum veri corporis modum vt August. loquitur. in certo spacio esse, & finitum esse secundum Vigilium. Breuiter tota pia antiquitas cum vniuersæ scripturæ

re confit  
in Christ  
Idiom  
tionem:  
cum tota  
diximus,  
cum confi  
delicet,  
firmitate  
et us, qu  
loquitur  
am, emin  
tate ruerat  
ta, non in  
ratibus esse  
non esset  
humanam  
Iustinus au  
et um est, i  
dignitatis.  
Quod aut  
Christi post  
Deificatam  
proprietate  
nifelta refu  
enim vtrius  
statis & loci  
post ascens  
stola ad He

ræ consensu, veritatem humanæ naturæ in Christo agnoscit & confitetur.

Idiomata humanæ naturæ post resurrectionem, præter illa, quæ perpetua esse cum tota scriptura & puriori antiquitate diximus, sunt omnia, quæ coniuncta sunt cum confessu eius ad dexteram patris, videlicet, quod Christus deposita omni infirmitate, in eum gloriae gradum sit elevatus, quo supra omne nomen, ut Paulus loquitur, id est, dignitatem & eminentiam, emineat, carne ipsius iam plene, à Deitate separatis in ea inhabitante, glorificata, non in sua essentia, neque in proprietatibus essentialibus absorpta, quod sane non esset glorificari, sed aboleri potius humanam naturam. Atque hoc est, quod Iustinus ait: corpus Christi particeps factum est, non naturæ deitatis, sed diuinæ dignitatis.

Quod autem quidam humanam naturam Christi post resurrectionem ita maiestate Deificatam esse contendunt, quod suas proprietates essentiales non retineat, manifesta refutantur scriptura. Scriptura enim utriusque meminit, videlicet maiestatis & loci, seu situs carnis Christi post ascensionem. Ita enim autor Epistolæ ad Hebræ. ait: Sedet ad dextram maiestatis

festatis in excelsis. Si ergo quæris, quid acciderit Christo post ascensionem, respondet, sedet ad dexteram Maiestatis. Si vltterius quæris, ubi nam sedet, respondet, in excelsis, hoc est ut Paulus ad Ephes. 4. interpretatur supra omnes cœlos. Verum si obieceris, omnia esse plena Maiestate gloriæ Christi. Respondeo. Sit anathema, qui vel aliud sentit vel dicit. Discernendum interea est inter maiestatem simpliciter, & thronum Maiestatis, quem in cœlo esse scriptura pronunciat. Hebræo. 8. Qui consedit ad dexteram throni Maiestatis in cœlis. Huc facit illud Augustini tractatu 50. in Iohannem. Quoniam verum est quod ait: Ecce ego vobiscum sum usq; ad consummationem seculi, & abiit & hic est & rediit & nos non deseruit. Corpus enim suum intulit cœlo, maiestatem non abstulit mundo. Et Cyprianus lib. 6 cap. 14. Hic animaduertendum est, quod etsi corporis sui præsentia hinc subduxerit: maiestate tamen diuinitatis semper adest, sicut ipse à discipulis abiturus pollicetur: Ecce vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Hoc ipsum de veritate humanæ naturæ Christi docet modus aduentus Christi ad iudicium.

Veniet

Veniet /  
sua, & or  
& sedebit  
tem, vid  
ad dexter  
in nubib  
sedens sta  
hædos ve  
maiestati  
scription  
Eutychie  
Qui lo  
carnis Cl  
cum unio  
nitatem a  
sonniante  
que nece  
omnibus,  
go hoc ai  
et apud D  
7. Deiras e  
ten/a carne  
ius diuinit  
cundum vi  
cundum in  
totus pra  
constantie  
ro Christi  
eisdem a

rgo quæris, quæ  
alæctionem, n  
xteram Maieflat  
iam sedet, respon  
st ut Paulus ad  
supra omnes c  
eris, omnia esse p  
Christi. Responde  
l aliud sentit vel c  
interea est inter m  
t thronum Maieflat  
scriptura pronun  
censit ad deu  
is in cœlis. Huc  
ræfatu sc. in lo  
verum est quod ar  
um vñç ad confur  
abijt & hic est &  
ut. Corpus enim  
statem non ablo  
nus lib. 6 cap.  
est, quod erit  
nc subduxerit ma  
is semper adeit, b  
irus pollicetur, i  
nibus diebus r  
eculi. Hoc ip  
atitur Christi s  
risti ad iudicium  
V  
er

Veniet ( ait ipse filius hominis ) in gloria sua, & omnes sancti angeli eius cum eo, & sedebit super thronum gloriae suæ. Item, videbitis filium hominis sedentem ad dexteram potentiae Dei & venientem in nubibus cœli. In hac maiestatis gloria sedens statuet oves quidem à dextris suis, hædos vero à sinistris. Non ergo gloria maiestatis tollit localitatem aut circumscriptionem carnis Christi, sicut impurus Eutyches docuit.

Qui localitatem & circumscriptionem carnis Christi existimant non posse stare cum vñione personali, sed separari diuinitatem à carne, crassissime impingunt, somniantes infinitatem finitam esse. Neque necesse est ea quæ vñta sunt æque omnibus partibus patere. Teneatur ergo hoc antiquitatis testimonium, quod est apud Damascenum lib. 3. de fide cap. 7. Deitas est incircumscripta non coextensa carne eius cum incircumscripta eius diuinitate. Quamuis itaque non secundum vtramque naturam: tamen secundum inseparabilem personæ vnitatem totus præsens est. Retineamus ergo constanter articulos fidei nostræ, de verro Christi ascensi in cœlum & de reditu eiusdem ad iudicium, iuxta testimonium ange-

angelorum Act. i. Hic Iesus qui assumtus  
est à vobis in cœlum, Sic veniet quemad-  
modum vidistis eum euntem in cœlum.

Qui hæc, quæ hæc tenus diximus ex scri-  
ptura & patribus de veritate humanæ na-  
turæ Christi, putant aduersari præsentia  
corporis & sanguinis Christi in cœna, fal-  
luntur à sensu carnis decepti. Fides enim  
Christiana non fallacibus conclusiunculis  
sinit se abduci à manifestoverbo Dei: sed  
veritate promissionis Christi fulcitur, et si  
sensus & ratio hic deficiunt. Non ergo  
scrutatur modum præsentia, sed verita-  
tem ipsius sentire potius laborat, proinde  
sicut lumen cedit figulo: ita nos verbo  
Dei cedamus, etiam si tota rerum natura  
contrarium statueret.

Iam videamus *κοινωνίαν ιδιωμάτον*, id  
est, communicationem proprietatum.  
Verum priusquam eam definiemus, no-  
minum quorundam, quorum noticia ad  
huius mysterij declarationem necessaria  
videtur, discrimen tenendum est, quod  
est quintuplex.

Primum, Quædam sunt naturarum pro-  
pria, ut Deitas, humanitas, caro, diui-  
nitas, diuina natura, humana natura.

Hæc enim solūmodo naturas declarat,  
nisi quod carnis nomen interdum concre-  
tæ ac-

tē acc  
dictō l  
De his  
distinct  
actione  
ras seu  
human  
aut fier  
sequitu  
stincti  
ant alt  
tur nat  
sunt.

Secun  
dona in  
te, quib  
distingu  
Deus de  
ikos, eō  
Tertiu  
sona Chr  
ab eterne  
num, inci  
incircum  
ternitate  
Quati  
na Chris  
Et si enin  
men mea

tè accipiatur per Syncdochēn , vt in illo dicto Iohannis : Verbum caro factum est. De his tenenda est regula . Quæ natura distincta sunt , eorum quoq; idiomata & actiones distingui oportet. Cum ergo deitas seu natura diuina ita distincta sit ab humana natura , vt nunquam possit esse aut fieri humanitas seu humana natura : sequitur , idiomata & actiones harum distinctarum naturarum minimè confundi aut alternari posse , nisi simul confundantur naturæ , quæ tamen inconfusæ vnitæ sunt.

Secundum. Quædam sunt propria personæ in natura diuina ab omni æternitate , quibus filius à patre & Spiritu sancto distinguitur , vt filius Dei , imago Dei , Deus de Deo , Lumen de Lumine. Item ἀρχος , οὐ ἐντὸς , ἀλλ' οὐσιώδης.

Tertium. Quædam sunt communia personæ Christi , cum patre & Spiritu sancto ab æterno , vt esse omnipotentem , æternum , increatum , infinitum , immensum , incircumscripū , quæ æqualitatem , coæternitatem , & identitatem naturæ docent.

Quartum. Quædam sunt officij personæ Christi , in duabus naturis subsistentis. Etsi enim hīc persona tota agens est , tamen media actionum sunt naturæ ipsæ ,

I                   quæ

quæ suis proprietatibus agunt & perficiunt opus redemtionis , quod est totius personæ Christi Dei & hominis.

Quintum. Quædam sunt communia naturis Christi & personæ ab incarnationis tempore, videlicet , & ea quæ sunt secundi & tertij ordinis , quæ diximus ab æterno Christo conuenire , & ea quæ homini facta , ex tempore attribuuntur , ut Deus , ἀγός , filius Dei, Dominus gloriæ, homo, filius hominis, filius Dauidis, semen mulieris. Hæc quia concreta sunt , naturas cum subiecto significant. In his solis concretis locū habet κοινωνία ἴδιοπάτων . Obtinent enim concreta compositum significandi modum, ut abstracta simplicem. Et si aliâs denominationem capit persona à diuina natura , aliâs ab humana : tamen semper persona vna significatur. Hoc discrimine nominum quæ tribuuntur Christo obseruato, facilius erit iudicare de cōmunicatione idiomatum, quæ locum habet, ut diximus solumodo in concretis, quibus persona significatur ut abstractis naturæ.

Communicatio igitur idiomatum non sic dicitur respectu idiomatum inter se, ut nonnulli putant , quasi hæc communicatio aut effet effusio proprietatum vnius naturæ in aliam , aut mutua idiomatum  
con-

confuli  
deret si  
quæ rec  
tea. Atc  
effet, co  
ynamte  
municar  
personæ  
idiomat  
natione  
sive ab  
munica  
tio, in q  
buuntur  
næ deno  
pter vnic  
eademq  
dicatur.  
commun  
persona,  
deitate, si  
citur. Dei  
Deus acq  
ne. Deus  
contra, H  
didit cœl  
que. Hic  
dat vita  
nis nomi

confusio. Nam si ita esset, & illa quæ effunderet suas proprietates aboleretur, & ea quæ reciperet, alia fieret quam erat ante. Atq; ita Christus nec Deus nec homo esset, conflatim scilicet duabus naturis in vnam tertiam compositam. Sed hæc communicatio idiomatum dicitur respectu personæ, de qua promiscue prædicantur idiomata, vndeunque persona denominationem accipiat, hoc est, siue à diuina siue ab humana natura. Proinde communicatio idiomatum est talis prædicatione, in qua proprietates vnius naturæ, tribuuntur non alteri naturæ, sed personæ denominatae ab altera natura, propter vniōnem duarum naturarum in vna eademque persona. Seu ut clarius forte dicatur. Communicatio idiomatum est communis prædicatione idiomatum de persona, vndeunque denominatur siue à deitate, siue ab humanitate. Hinc rectè dicitur. Deus est homo. Deus est crucifixus. Deus acquisiuit sibi ecclesiam suo sanguine. Deus est mortuus. Deus resurrexit. Et contraria, Hic homo est Deus. Hic homo condidit cœlum & terram. Hic homo est ubique. Hic homo saluat, suscitat mortuos, dat vitam æternam. Hic enim hominis nomine intelligitur persona quæ est

Deus & homo , et si denominationem cap-  
it à natura humana. Hæ ergo prædica-  
tiones verissimæ sunt , quia subiecta in his  
propositionibus sunt concreta , quibus  
duo significantur, videlicet persona & na-  
turæ. Proinde personæ respectu, veræ sunt  
istæ enunciationes : siquidem persona illa  
vna & eadem est & Deus & homo .

Si quæris , qualisnam sit hæc prædica-  
tio, rectè responderi potest , quòd sit rea-  
lis. Nam si ea prædicatio est realis, cum id  
inest verè in subiecto & re ipsa quod de eo  
prædicatur , non video cur hæc prædica-  
tio idiomatum de persona, realis dici non  
possit. Est enim reuera in persona & diui-  
na & humana natura cum suis essentiali-  
bus proprietatibus. Verum si hanc prædi-  
cationem verbalem dixeris , in multa ab-  
surdissima incurres. Negabis personæ in  
duabus naturis subsistentis unitatem. Ne-  
gabis manere saluas duas naturas in vna  
persona. Negabis concreta habere com-  
positum significandi modum , hoc est, sua  
significatione complecti & rem , & subie-  
ctum in quo res illa est , quæ principa-  
liter nomine concreti significatur.

Cum ergo Patres, inter quos sunt Iusti-  
nus , Damascenus , & Gregorius Nyffe-  
nus , dicunt carnem Christi deificatam  
esse ,

esse, accipiendum est dextrè, iuxta piorum doctorum in ecclesia interpretationem. Non enim dicitur caro Christi deificata eò, quod sit conuersa natura humana in diuinam, aut quod sit facta ipsa diuinitas, sed quia coniuncta est humanæ natura ad diuinam in vniōnem personalem, & quod sit facta Dei caro. Ut enim natura diuina non potest in aliud conuerti, quoniam est incorruptibilis: ita nec aliud in eam conuerti potest, eò quod sit ingenerabilis. Ad hanc quæstionē Iustinus respondens ait: μέντη μὲν τὸ σῶμα σῶμα, εἰπεὶ οὐ σῶμα θεός, μετείληφε δὲ θεῖας ἀξίας εὐ φύσιος. Neq; tamen existimandum est quod hæc deificatio pertineat ad communicationem idiomatum duarum naturarum, quæ est alternata, ut declarauimus, propriatum vtriusque naturæ de persona, prædicatio: Sed ad excellentiam vnius naturæ, nempe humanæ, in persona Christi, qua humana natura antecellit omnibus creaturis sapientia, bonitate, puritate, sanctitate, potentia, maiestate & gloria. Et tametsi hæc excellentia manat à natura diuina in humanam pppter vniōnem personalem, quemadmodum Nazianzenus indicat hisce verbis, τὸ μὲν ἔθεωσε τὸδε ἔθεωθι: tamen ab vniōne illa omnino

distinguenda est, ne vel cum Nestorio faciamus Christum diuinum hominem, atq; ita imprudentes cōstituamus duos filios, vnum Dei, alterum virginis, hoc est, duas personas vt sunt duæ naturæ, vel cum Eutychete somniemus vnam naturam ex duabus compositam, vt est vna persona. Hæc omnia incommoda facile cauebimus, si accuratè, quemadmodum iam ostensum est, distinguamus inter hæc tria, videlicet vunionem personalem, communicationem idiomatum, & donorum, quibus est ornata humana Christi natura, collatione, quam à patribus deificationem dici ostendimus.

Iam reliquum est vt quid efficiat illa *κοινωνία ιδιωμάτων* videamus. Primum contra Nestorium vnitatem personæ in duabus naturis subsistentis confirmat. Nam nisi vna eademq; persona esset Deus & homo, absurdissima esset alternata illa idiomatiū prædicatio. Cum igitur Christus dicit: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo, manifestè ex communicatione idiomatis diuinæ naturæ, quod tribuit filio hominis, significat eundem esse deum & hominem, vnam videlicet personam in duabus naturis subsistētem. Deinde hæc communi-

munic  
action  
infini  
que, qu  
vt omi  
na nati  
sonæ ac  
rani, I  
& glori  
instru  
qua el  
tati. C  
est ca  
dientia  
quia est  
Deus.  
cax ad  
passio  
Christi  
persona  
indican  
nibus n  
dam at  
proficie  
natura  
dignita  
Deus &  
human

municatio idiomaticum docet , precium  
 actionum mediatoris in humana natura  
 infinitum esse , quia persona vna eadem-  
 que, quæ est Deus & homo, est agens, adeo  
 ut omnes actiones sive mediante huma-  
 na natura sive diuina, sint & dicantur per-  
 sonæ actiones. Hinc est illud dictum Ly-  
 rani, Luc. 11. A Christo prouenit gratia  
 & gloria principaliter ratione deitatis , &  
 instrumentaliter ratione humanitatis  
 quæ est organum coniunctum ipsius dei-  
 tati. Caro igitur Christi viuifica est , quia  
 est caro eius personæ quæ est Deus. Obœ-  
 dientia hominis Christi est nostra iusticia ,  
 quia est obœdientia eius personæ quæ est  
 Deus. Passio Christi in æternum est effi-  
 cax ad sanctificandum credentes, quia est  
 passio personæ quæ est Deus . Oratio  
 Christi omnibus prodest, quia est oratio  
 personæ quæ est Deus. Ad hunc modum  
 iudicandum est de omnibus alijs aetio-  
 nibus mediatoris . Tametsi enim quæ-  
 dam actiones à diuina natura propriè  
 profiscuntur , & quædam ab humana  
 natura fiunt : tamen omnes æqualiter  
 dignitatem accipiunt à persona, quæ cum  
 Deus & homo sit , alia agit diuina alia  
 humana natura.

## DE TERTIO.

Qualitas personæ Messiae nunc sanctitatis nunc iusticiæ nomine in scripturis indicatur. Esa. 54. Dominus exercituum nomen eius, & redemptor tuus sanctus ô Israël. Daniel. 9. Vngatur sanctus sanctorum. Item Psal. 16. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Hæc autem sanctitas Christi consideratur tripliciter. Primum respectu deitatis, quæ est summa & perfectissima puritas & essentialis quædam iusticia in diuina Christi natura, quæ est illi communis cum patre & Spiritu sancto. Secundo, respectu humanitatis sanctitas seu iusticia Christi dicitur, qua ab ipso conceptionis momento supra omnes creaturas sanctitate eminuit humana Christi natura. Vnde angelus ad virginem, quod ex te nasceretur, sanctum Domini vocabitur. Tertio, respectu officij sanctus & iustus dicitur Christus: Iuxta illud Psal. 144. Sanctus Dominus in omnibus operibus suis. Huc congruit dictum autoris Epistolæ ad Hæbr. Talis, inquit, decebat ut noster esset summus sacerdos, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus, qui non habuit necessitatem quoti-

quoti  
deindi  
Por  
siz, qu  
detur  
cunda.  
respicis  
iram p  
Deo, c  
stum.  
et ielse  
milite  
iustific  
buic en  
cuius ob  
solum v  
lutaris  
rum. Si  
sanctus  
Rus Ada  
rum. Ad  
nem poll  
dehant s  
& salutem  
xit in su  
tionis  
dientia,  
ria in cr  
nem iux

110.

quotidie pro suis delictis hostias offerre,  
deinde pro populi.

Porro huius sanctitatis seu iusticiæ Messiax, quod ad officium attinet, triplex videtur necessitas. Prima Dei respectu, secunda Adami, tertia nostri. Nam si Deum respicis, sanctus esse debuit, qui ipsius iram placaret. Nihil enim placere potest Deo, qui sanctus est, nisi sit & ipsum sanctum. Huc pertinet illud in Leuitico : Sancti estote, quia ego sanctus sum. Pater similiter de filio ait Esa. 53. In scientia sua iustificabit iustus seruus meus multos. Debuit enim necessario sanctus & iustus esse, cuius obœdientia Deo ita placeret, non solum ut ipsi soli, verum etiam ut aliis salutaris esset, quibus vel imputaretur tantum. Si Adamum respicis, debuit Messias sanctus & iustus esse. Opponi enim Christus Adamo debuit in merito contrariorum. Adam meruit mortem & damnationem pollutione & peccato : ergo Messias debuit sanctitate & iusticia mereri vitam & salutem. Adam sua inobœdientia adduxit in suos posteros sententiam maledictionis suo reatu : igitur Messias sua obœdientia, quæ est iusticia legis, & obœdientia in cruce, adducere debuit benedictionem iuxta promissionis verbum : Benedic

I 5 centur

centur in semine tuo omnes gentes. Si nos homines respicis, debuit Messias noster sanctus & iustus esse, ut ex ipsius sanctitatis & iusticiæ fonte nos etiam iusticiam & sanctitatem hauriamus. Iuxta illud Pauli: Natus est nobis à Deo iusticia & sanctificatio. Atq; ita sanctus & iustus esse Messias debuit & in se, & vt Deo placeret, & vt nos sanctos & iustos efficeret, vt ipsi seruimus in sanctitate & iusticia omnib. diebus vita nostræ, ac post hanc vitam in omnem æternitatem sancti & iusti simus ubi exuerimus mortalitatem, & donati fuerimus conformitate Christi secundi Adami, qui cum sit & iustior & sanctior quam primus fuit Adā, absq; omni dubio & nos iustiores & sanctiores primo Adamo erimus in æterna vita, vt qui Spiritus imperio totos nos committamus, nō obnoxij vel tentationib. Sathanæ vel instigationibus carnis.

#### D E Q V A R T O.

Finem promissi & exhibiti Messiæ vidi-  
mus in primo membro, qui est abolere  
peccatum & mortem & restituere iustici-  
am & vitam, opprimere æternis pœnis dia-  
bolum & impios, atq; donare æterna felicitate omnes credentes in eum. Hic au-  
tem de

tem  
est pr  
quod  
Messia  
cis scr  
& dec  
duobu  
nes ali  
propri  
sunt R  
est Ch  
pertit  
nomi  
sione in  
telligitu  
De  
primu  
constric  
tem san  
regnitu  
scepitur  
exhibit  
lem. M  
dum est  
rusalem  
riam re  
loquen  
potenti  
dia tuz.

tem de officio agendum est. Ut enim finis est propter quem agitur: ita officium est quod agitur, ut finem assequaris. Hoc Messiae officium etsi in Mose & Prophetis scriptis multis indicatur nominibus, & declaratur descriptionibus: tamen duobus potissimum titulis, ad quos omnes aliæ appellationes referendæ sunt, propriissimè notatur. Tituli autem hi sunt Rex & Sacerdos, qui uno Messiae, hoc est Christi nomine comprehenduntur, & pertinent ad finem dati Messiae, qui finis nomine I E s v s, quod illi in circum cione impositum est ex mandato Dei, intelligitur.

De hisce titulis pauca adjiciemus ac primum de Regio titulo. Psalm. 2. Ego constitui Regem meum super Sion montem sanctum meum. Psal. 110. Sceptrum regni tui emittet Dominus de Sion. Hoc sceptrum definit Esai. cum ait: De Sion exibit lex & verbum Domini de Ierusalem. Messiae proinde regnum propagandum est voce Euangelij initio sumto à Ierusalem. Hoc ipsum docet Psal. 145. Gloriam regni tui dicent, & potentiam tuamloquentur, ut notam faciat filijs hominū potentiam tuam, & gloriam magnificen-tiæ tuæ. Huc respexit Paulus ad Roma. 1.

cum

cum ait : Euangelium est potentia Dei in salutem omni credenti. Dicitur autē Euangelium potentia Dei triplici respectu. Primò, Armorum , quibus regnum Christi acquiritur , possidetur , propagatur . Esa. 11. Sceptro oris sui percutiet terram, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Propter hunc usum verbi Paulus verbum Euangelij gladium nominat, cum ait : Accipite gladium spiritus , quod est verbum Dei. Dicitur autem verbum gladius per metaphoram , hoc est , propter similitudinem seu comparisonem effatum. Heb. 4. Viuus est sermo Dei & efficax , & penetrantior quo quis gladio bicipiti, pertingens usque ad diuisionem animæ hominis. Huc illud Pauli 2. Cor. 10. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia , sed Dei potestate valida ad subuersionem munitionum , dum ratiocinationes euerimus , omnemq; sublimitatem , quæ extollitur aduersus cognitionem Dei , & captiuam ducimus omnem cogitationem ad obœdiendum Christo. Secundò , hostium , qui superantur & prosternuntur , ut sunt peccatum , mors , diabolus , infernus : iuxta illud , Semen mulieris contret caput serpentis. Tertiò , Bonorum , quæ consequuntur subditi regis Christi ,

quæ

quæ  
henc  
enim  
Cum  
pecca  
consci  
bonis  
idem  
nus o  
elisos  
vox  
ad n  
elitis,  
numer  
multæ  
tionun  
hoc se  
Domini  
super o  
& miser  
multum  
minus o  
cantibou  
mentiur  
rum ex:  
latè pa  
eodem  
omniu  
omnem

quæ nomine iusticiæ σωματοχρήστων comprehenduntur à Paulo , cùm ait : Iusticia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem. Cum iusticia autem cohærent remissio peccatorum, reconciliatio cum Deo, pax conscientiæ, salus, & vita æterna. De his bonis & beneficijs mediatoris Psalmus idem canit hisce verbis : Alleuat Dominus omnes qui corruunt , & erigit omnes elisos. Cum hoc Psalmi dicto congruit & vox & facta Christi. Vox eius est, Venite ad me omnes , qui laboratis & onerati estis, & ego refocillabo vos. Facta sunt innumera , quæ hanc vocem confirmant : vt multæ sanationes corporum , quæ sanationum animarum symbola fuerunt . De hoc sequitur in eodem Psalmo : Bonus Dominus vniuersis , & miserationes eius super omnia opera eius. Item : Misericors & miserator Dominus, tardus ad iram & multum misericors. Item : Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum, inuocantibus eum in veritate. Voluntatem timentium se faciet , & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos. Quam latè pateat regnum Messiæ ostenditur in eodem Psalmo. Regnum tuum regnum omnium populorum , & dominatio tua in omnem generationem & generationem.

Huic

potentia Dei  
Dicitur autem Eu-  
triplici respectu  
us regnum Chri-  
stur, propagatur  
percutiet terram  
um interficiet in  
sum verbi Pauli  
iūm nominat, cu  
spiritus, quod a  
utem verbum gla-  
hoc est, propterea  
rationem effe-  
t sermo Dei & ef-  
fouis gladio bici-  
d divisionem ani-  
d Pauli 2. Cor. 11  
non sunt carnali-  
la ad subversionem  
iocationes em-  
mitatem, quæ o-  
ditionem Dei, &  
nem cogitatione-  
bo. Secundò, he-  
c prosternuntur, &  
diabolus, infer-  
ni mulieris conve-  
tiō, Bonorum  
i regis Christi  
q[uod]

Huic congruit mandatum C H R I S T I :  
Mihi est data omnis potestas in cœlo &  
in terra. Euntes ergo docete Euange-  
lium .

Cultus huius regis indicatur Psalm. 72.  
Timebunt te, quam diu Sol & Luna erunt.  
Item, Adorabunt eum omnes reges terræ,  
omnes gentes seruient ei. Item, Omnes  
gentes benedicentur in ipso & magnifica-  
bunt eum.

Maiestas, quoque huius regis describi-  
tur in eodem Psal: Benedictus Dominus  
Deus Israël, qui facit mirabilia solus , &  
benedictum nomen maiestatis eius in æ-  
ternum , & replebitur maiestate eius om-  
nis terra. Huic prædictioni respondit e-  
uentus in Christo , qui victa morte ascen-  
dit in altum , iuxta vaticinium Dauidis ,  
& sedet ad dexteram patris in throno ma-  
iestatis , & sua maiestate omnia implet ac  
gubernat. His propheticis vaticinijs cum  
pulchrè congruere videmus euentum in  
nouo testamento , quid pijs conscientijs  
iucundius esse potest? Ex hac enim con-  
gruentia firmitas fidei nostræ, sicuti antea  
docuimus , pendet.

Deinde Christus Sacerdos in scriptu-  
ris dicitur , vt Psal. 110. Tu es sacerdos in  
æter-

æteri  
dech.  
quod  
Leviti  
se dech  
cuius  
Paul. 1  
Deum  
diatore  
ipsum  
Episto  
semeti  
& sua  
num sa  
Christi o  
crucis a  
ergo pa  
cuius m  
liberant  
captiuos  
tur Deo,  
propriet  
grauunt c  
menti. Pi  
ueris Do  
propriet  
mea don  
quitatibi  
tu intuer

æternum , secundum ordinem Melchise-  
 dech. Hæc sententia tria habet , videlicet  
 quod Christus sit sacerdos , quod sit non  
 Leuitico more sed iuxta ordinem Melchi-  
 sedech constitutus , quod sit æternus , ut  
 cuius vnius victimæ æternum sit efficax .  
 Paul. 1. Timot. 2. definit Iesum Christum  
 Deum & hominem sacerdotem , esse me-  
 diatorem Dei & hominum , qui dedit se-  
 ipsum *αὐτίλυτον* pro omnibus , hoc est ut  
 Epistola ad Hebre. interpretatur : Obtulit  
 semetipsum patri per spiritum æternum ,  
 & sua illa una oblatione perfecit in æter-  
 num sanctificandos . Vocatur autem hæc  
 Christi oblatio , qua se obtulit patri in ara  
 crucis *αὐτίλυτον* , idque pro omnibus . Est  
 ergo passio Domini victimæ sufficiens ,  
 cuius merito omnes homines non solum  
 liberantur à potestate diaboli , qui illos  
 captiuos tenebat , verum etiam concilian-  
 tur Deo , iuxta fœdus : Ero illis in Deum &  
 propitiabor peccatis eorum . Hæc con-  
 gruunt cum multis dictis veteris testa-  
 menti . Psal. 130. Si iniquitates obserua-  
 ueris Domine quis sublistet ? Sed apud te  
 propitiatio est . Psal. 103. Benedic anima  
 mea domino , qui propitiatur omnib. ini-  
 quitatibus tuis . In his dictis David spiri-  
 tu intuens Christum pendentem in cruce  
 oppo-



philius  
9

opponit vnius victimæ Christi efficaciam  
 & meritum , omnibus iniquitatibus om-  
 nium hominum. Sicuti Paulus rectissimè  
 Dauidis dictum interpretatur Roman. 3.  
 cùm ait : Iustificamur gratis gratia ipsius,  
 ( id est, iusti facti expiatis peccatis gratia  
 ipsius saluamur ) per redemtionem quæ  
 est in Christo Iesu , quem proposuit Deus  
 propiciatorem in sanguine suo. Et Iohan-  
 nes 1. Iohan. 2. Habemus apud patrem  
 Iesum Christum iustum , & ipse est propi-  
 tiatio pro peccatis nostris , non pro no-  
 stris autem tantum , sed etiam pro totius  
 mundi. Est enim hæc propitiatio effectus  
 proprius passionis Domini seu victimæ  
 Christi , quæ propitiatio in hunc modum  
 recte definitur. Propitiatio per victimam  
 Christi facta , est irati Dei placatio & ho-  
 minis agnoscens sua peccata , & fide con-  
 fugientis ad mediatorem , reconciliatio  
 cum Deo , per victimam sacerdotis Chri-  
 sti , & preces quibus intercedit pro pecca-  
 toribus. Ex his promptum est intelligere  
 nomine Sacerdotis , mediatoris , propi-  
 tiatoris , redemptoris idem significari ,  
 etiamsi hæc quadā ratione distinguuntur.  
 Idem enim Christus sacerdos , mediator ,  
 propitiator & redemptor est . Sacerdos ,  
 quia in ijs , quæ coram Deo agenda sunt ,

pro

pro h  
 quia  
 & hor  
 ciliati  
 precib  
 tium i  
 deniqu  
 Christi  
 namur  
 sensus  
 Iesu C  
 Sed d  
 mus c  
 agnus L

De  
 nem , c  
 Quedat  
 non dene  
 promisi  
 men mu  
 item : Be  
 cognatio  
 tris tui  
 Quedat  
 rerumet  
 dubitati

pro hominibus constitutus est. Mediator, quia se interponit inter Deum offendit, & homines qui offendit, ut fiat reconciliatio. Propitiator, quia sua victima & precibus placat patrem, ac ipsum propitium reddit peccatoribus. Redemptor denique ob finem & fructum dicitur. Per Christi enim sacrificium placato patre donamur salute æterna & felicitate. Hic consensus prædictionis Davidis & euentus in Iesu Christo confirmet fidem nostram. Sed de hac re plura vide quæ annotauimus cap. i. Iohannis in hæc verba, Ecce agnus Dei qui tollit peccatum mundi.

### D E Q V I N T O.

De tempore aduentus Messiae in carnem, duo sunt testimoniorum genera. Quædam enim nunciant venturum, & non determinant tempus. Huiusmodi sunt promissiones ploræque de Messia, vt, Semen mulieris conteret caput serpentis. Item: Benedicentur in semine tuo omnes cognationes terræ. Item: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam, &c. Quædam non solum nunciant venturum, verum etiam signant tempus, vt omnis dubitatio de exhibito Messia tollatur,

K ac refu-

ac refutentur perfidi Iudæi, qui sua cœcitate dementati, frustra adhuc expectant Messiam. Sed huius posterioris generis testimonia sunt etiam duplia. Quædam enim prædixerunt Messiam venturum in carnem, antequam prorsus collaboretur & aboleretur in perpetuum politia Mosaica. Quædam articulum temporis notarunt. Iacob cùm ait: Non auferetur sceptrū de Iuda donec veniat Silo, significat Christū venturum antequam prorsus œconomia Mosaicæ Reipub. fuerit abolita, ita ut nunquam iterum instauretur, quo vaticinio refutat peruersos Iudæos, qui tametsi vident Mosiacam politiā iam mille quingentos annos iacuisse: tamen expectant adhuc Messiam, palam accusantes mendacij patriarcham Iacob, imò spiritum sanctum in eo loquentem. Si enim non venit Messias iam prorsus oppresso Iudaico populo, & confusis tribubus, profetò mendax est spiritus sanctus in ore patriarchæ, quod vel cogitare extremæ blasphemiarum est. Ex hoc Iacobi vaticinio, extruit Esaias etiam suum vaticinium de partu virginis, Cap. 7. Ecce virgo imprægnata pariet filium, vocabitur nomen eius Emanuel. Achab impius rex existimabat iam penitus deletum iri

popu-

popul  
beret  
rent o  
rum ei  
tuens i  
liratem  
detur t  
cum p  
riturus  
Non e  
quider  
præce  
presio  
doquide  
sus Silo  
tue hun  
liter ex  
go fæ  
men eri  
& homo  
regni M  
tri 1. tef  
Hebdom  
Messia  
domade  
tuum, &  
consum  
accipiat  
tis, &

populum Iuda , vt nunquam amplius ha-  
beret ciuitatem , & templum in quo fie-  
rent oblationes , & preces , & scriptura-  
rum enarrationes : sed Esaias spiritu in-  
tuens vaticinium Iacob , regis incredu-  
litatem reprehendit , ac si diceret : Vi-  
detur tibi ô rex iam prorsus actum esse  
cum populo Dei , quasi iam penitus pe-  
riturus sit imminente hoste : sed falleris.  
Non enim peribit populus prorsus , si-  
quidem nondum completum est quod  
præcedere oportet abiectionem & op-  
pressionem finalē huius populi. Quan-  
doquidem nondum natus est promis-  
sus Silo filius virginis. Certo igitur sta-  
tue hunc populum non prorsus & fina-  
liter exterminandum esse priusquam vir-  
go fœcunda pepererit filium cuius no-  
men erit Emanuel , id est , qui erit Deus  
& homo. Quædam articulos temporis  
regni Messiæ notarunt vt Petrus. i. Pe-  
tri i. testatur. Huc pertinent Danielis  
Hebdomades , qui in hunc modum de  
Messia scribit, Cap. 9. Septuaginta Heb-  
domades abbreviatæ sunt super populum  
tuum , & super urbem sanctam tuam , vt  
consummatur præuaricatio , & finem  
accipiat peccatum , & deleatur iniqui-  
tas , & adducatur iusticia sempiterna ,

& impleatur visio & prophetia , & vngatur sanctus sanctorum. Et paulò post: Et post hebdomadas sexaginta duas , occidetur Christus , & non erit populus , qui eum negaturus est , & populus ducis veniet , ciuitatemq; & sanctuarium dissipabit , & finis eius vastitas , & post finem belli statuta desolatio . Euentum huius vaticinij , quod ad postremam eius attinet , nec inficiari possunt Iudæi ipsi in perpetuo exilio exulantes , confusis tribubus , si qui tamen sunt reliqui Iudæi non adulterini , Priorem vaticinij partem completam esse nouit , & credit Ecclesia Christi , quæ statuit Spiritum sanctum in Daniele locutum esse. Computationem hebdomadarum Danielis vide in Chronicis Lutheri , Philippi , Funcij & Mercatoris. Huic vaticinio Danielis respondere euentum , ostendit Paulus cum ait : Postquam venit plenitudo temporis , misit Deus filium suum , natum ex muliere , & factum sub lege , ut eos qui sub lege erant , redimeret , scilicet à peccato , morte & damnatione. Hic ergo consensus prædictoris & euentus confirmet fidem nostram de exhibito Messia , qui est I E S V S C H R I S T V S , qui verè peccato finem imposuit , quantum quidem ad virtutem

sui

sui fac  
nam i  
obœd  
bus in

A&  
prophe  
na nat  
præcip  
cta, vi  
phus. I  
liquis bi  
Doctr  
cantur p  
nos par  
Psal. 40  
modum  
in Ecclesi  
hibebo, I  
abscondi  
larem tua  
diam tua  
sia magn  
na Chri  
plectitur  
diuinaru  
iusticia

sui sacrificij attinet, & adduxit sempiternam iusticiam, hoc est, perfectissimam obœdientiam erga Deum, quam omnibus in se credentibus in salutem imputat.

## D E S E X T O.

**A&t;a** sequuntur prout prædicta sunt à prophetis, & completa à Christo humana natura assumta. Sunt autem hæc a&t;a præcipua. Miracula, doctrina, benefacta, vitæ ratio, mors, resurrectio, triumphus. De miraculis supra diximus, de reliquis breuiter dicemus.

Doctrina & benefacta Christi prædicantur passim in Mose & prophetis, sed nos paucis testimonij contenti erimus. Psal. 40. in persona Christi Dauid in hunc modum loquitur: Euangelizaui iusticiam in Ecclesia magna, & labia mea non prohibebo, Domine tu scisti, iusticiam tuā nō abscondi in corde meo, veritatē tuā & salute tuam dixi, non abscondi misericordiam tuam & veritatem tuam in Ecclesia magna. Hic breuiter Dauid in persona Christi capita doctrinæ Messiae complectitur, quæ sunt veritas promissionum diuinarum, misericordia, iusticia, qua iusticiæ Dei satisfit, & salus quæ contin-

K 3 . . . git

git iustificatis ex misericordia. An non  
 his pulcherrime respondet euentus in no-  
 uo testamento. Esa. 61. Spiritus Domini  
 super me, eo quod vnixerit me, ad euangeli-  
 zandum humilibus misit me, vt me-  
 derer contritis corde, & prædicarem in-  
 dulgentiam & claudis apertioem, &  
 prædicarem annum placabilem Domini,  
 & diem vltionis Dei nostri, vt consolaret  
 omnes lugentes & ponerem fortitudinem  
 lugentibus in Sion, vt darem eis coronam  
 pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pal-  
 lium laudis pro spiritu mœroris, & voca-  
 buntur in ea fortes iusticiæ plantatio Do-  
 mini ad glorificandum. Esa. 42. Alloqui-  
 tur Pater Filium per os prophetæ in hunc  
 modum. Ego Dominus vocavi te in iusti-  
 cia, & apprehendi manum tuam, & sal-  
 uaui te, & dedi te in fœdus populi in lu-  
 cem gentium, vt aperires oculos cœco-  
 rum & educeres de conclusione vincum,  
 de domo carceris sedentis in tenebris.  
 Esa. 49. Parum est vt sis mihi seruus ad  
 suscitandas tribus Iacob, & reliquias Is-  
 raël conuertendas, sed dedi te in lucem  
 gentium, vt sit salus mea usque ad ex-  
 tremum terræ. Hæc testimonia, vt alia  
 omittam, quæ cum his congruunt (nam  
 summus est Mosis & omnium prophe-  
 tarum

tarut  
 conf  
 conti  
 finitic  
 uersal  
 iusticia  
 rum e  
 verè E  
 angeli  
 sti sigi

Vit  
 est Ch  
 prædic  
 in hanc  
 in carn  
 cipiam  
 bi in i  
 um sup  
 feret, n  
 sonam,  
 mun qu  
 sumigat  
 cet iudi  
 lentus,  
 legē eiū  
 prophe  
 sti vox l  
 labora

tarum de doctrina & benefactis Christi consensus ) summam doctrinæ Christi continent, & clarissimam Euangelij definitionem. Testantur enim gratiam universalē esse, remissionem peccatorum, iusticiam, vitam, & salutem allaturum esse Messiam prænunciant, hoc est, verè Euangelium Christi proponunt. Euangelij enim nomine hæc beneficia Christi significari Paulus docet ad Rom. 1.

Vitæ ratio Dei manifestati in carne, hoc est Christi, qualis esset futura, similiter prædictum erat à prophetis. Esa. 42. Pater in hanc sententiam de filio manifestando in carne loquitur. Ecce seruus meus, suscipiam eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea, dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet, non clamabit, neque accipiet personam, neque audietur vox foris, calamus quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet, in veritate educet iudicium, non erit tristis neq; turbulentus, donec ponit in terra iudicium, & legē eius insulæ expectabunt. An non huic prophetiæ respondet dulcissima illa Christi vox Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, ego reficiā vos.

K 4 Item

Item: Discite à me , quia mitis sum & humilis corde. An non tota Euangelica historia testatur, Christum Dominum huma nissimè omnes excepisse, & neminem, qui suam implorauit opem, spreuisse, nec ullum territasse minis , nisi eos , qui sua contumacia se veritati Dei opposuerunt. His enim protulit iuxta vaticinium patris iudicium.

Vaticinia clara de passione & morte Messiae , præter sacrificia , figuræ & typos , de quibus supra diximus , duplicita sunt. Quædam enim in genere tantum Messiam affigendum & moriturum prædixerunt , inter quæ alia figurate dicuntur , vt cum in Psal. 110. de passione domini dicitur : De torrente in via bibet. Alia disertè sine omni figura idem continent , vt cum Daniel dicit , Christus occidetur. Esai. 53. prolixè passio domini prædicitur , sed in genere solumodo , quorum omnium summa hac propositione continetur : abscissus est de terra viuentiū , propter scelus populi mei percussi eum. Quædam particulatim passionis partes , & mortis genus signarunt , inter quæ omnium maximè illustris est Psalmus 22. qui orditur à querela Christi in cruce : Deus meus deus meus quare dereliquisti me. Et

infra

Ego  
um h  
viden  
Christ  
det? I  
cruore  
adeo  
ma. Q  
erat fe  
ctus,  
& fleb  
dicun  
mine  
tum: C  
eripiet  
Et inst  
sicut le  
rissime  
domibi  
cruce?  
pedib.  
Perfode  
Nec diu  
cuit ide  
stiment  
miserui  
minit f  
tes por  
infra

infra, mortis genus mox indicat, cūm ait :  
 Ego vermis sum & non homo , opprobri-  
 um hominū & contemtio plebis , omnes  
 videntes me derident me. An non historia  
 Christi huic prophetiæ clarissimè respon-  
 det ? Pependit in cruce contemtissimus  
 crux & sputis quodammodo obrutus ,  
 adeo ut vix appareret in ipso hominis for-  
 ma. Quemadmodum Esaias prædixit : nō  
 erat forma ei neq; decor , & non erat aspe-  
 ctus , derident suspensum , mouent capita  
 & flectunt genua , & cum magno sarcasmo  
 dicunt : Aue rex Iudeorū. Item verba psal-  
 mi nescientes proferunt in ipsius contem-  
 tum : Confidit in Dominum , liberet eum ,  
 eripiet eum quoniā complacet sibi in eo.  
 Et infra , Aperuerunt aduersus eum os suū  
 sicut leo rapiens & rugiens. An non cla-  
 rissimè cum his congruit euentus , cum in  
 dominibus pontificum & Herodis , tum in  
 cruce ? De perforandis Messiæ manib. &  
 pedib. nonne clare vaticinatur idem Psal?   
 Perfoderunt manus meas & pedes meos.  
 Nec diuisionem vestimentorū domini ta-  
 cuit idem Psal. ita enim ait. Diuiserunt ve-  
 stimenta mea sibi , & super tunicam meam  
 miserunt sortes. Psal. 69. præter alia me-  
 minit fellis & aceti , quod illi sitienti mili-  
 tes porrexerunt bibendū in cruce. Psal. 30.

meminit verborum Domini , quæ edidit  
in cruce dum expirauit : In manus tuas  
Domine commendo spiritum meum.

Resurrectionis Messiae præcessere triplicia testimonia. Quædam enim non signato resurrectionis tempore post mortem vitam illi promiserunt longæuam , vt E-sai. 53. Si posuerit pro iniquitatibus animam suam, videbit semen longæuū. Quædam prænunciarunt resurrectionem futuram, antequam caro eius in sepulchro putresceret , vt in Psal. 16. Posui Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris meis est , non mouebor , Ideo lætatum est cor meū & exultauit gloria mea, quia & caro mea requiescit in spe , quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec permittes sanctum tuum videre corruptionē , notas mihi fecisti vias vitæ, implens læticia vultum tuū , & delectationes in dextera tua in æternum. Quædam de ipso resurrectionis die prædixerunt , vt cum Oseas Propheta ait : Tertio die suscitat nos. Nam in ipsius resurrectione quæ contigit tertia die, nostra resurrectio posita est. Cū his vaticinijs quia pulcherrimè euentus congruit , vt est expositus in Evangelistarum libris , mirum est quantum robur fidelis anima concipiat ex illa conformi-

form  
T  
hisce  
stica  
nibus  
phel.  
donac  
preta  
res ,  
claris  
resuri  
omni  
22.4  
tauim  
institu  
ctionu

Qui  
surrecti  
tacuere  
bus eue  
tem ha  
triump  
1.  
2.  
3.  
4.

**formitate prædictionum & historiæ.**

Triumphi Christi meminit Psalm. 68.  
hisce verbis : Ascendisti in altū , captiuasti captiuitatem, accepisti dona pro hominibus. Hoc Psalmi dictum Paulus ad Ephes. 4. ascensioni Domini accommodat, donaq; quæ accepit pro hominibus interpretatur Euangelistas, Doctores, Pastores , &c. Sed quid multis, Psalmi plurimi clarissima vaticinia de passione, morte & resurrectione Domini quibus historia per omnia congruit, continent, ut sunt 16. 17. 22. 40. 118. & multi alij. Vide quæ annotauimus in enarratione Psalmi 84. ubi instituimus integrum collationem prædictionum cum historia Messiæ.

**D E S E P T I M O.**

Quid euenturum erat post mortem, resurrectionem , & triumphum Messiæ non tacuere vaticinia Prophetarum cum quibus eventus clarissime congruit. Sunt autem hæc à Prophetis prædicta euenta post triumphum Christi præcipua.

1. **Donatio Spiritus sancti.**
2. **Efficacia Euangelij.**
3. **Reiectio Iudeorum.**
4. **Assumptio gentium.**

**Regnum**

5. Regnum Antichristi.
6. Regnum Mahometicum.
7. Conseruatio Ecclesiae in medio hostium.
8. Inuasio regni Antichristi.

Hæc omnia ut prædicta sunt à sanctis Dei prophetis euenerunt. Sed nos pauca de singulis confirmandi nostri gratia adiunctionemus.

### D E D O N A T I O N E S P I- R I T V S S A N C T I .

Ioël Propheta de effusione Spiritus sancti in Apostolos prophetauit hisce verbis : Et erit posthac , effundam spiritum meum super omnem carnem & prophetabunt filii vestri & filiæ vestræ , senes vestri somnia somniabunt , iuuenes vestri visiones videbunt. Hanc prophetiam Petrus Acto. 2. affirmat impletam fuisse , cum missus est spiritus sanctus die à resurrectione domini 50. visibiliter in Apostolos , quem dominus ipse se missurum promiserat. Quare & præcepit discipulis ut manerent in ciuitate Ierusalem , donec promissum patris acciperent. Ita enim eodem die quo apparuit viuus post mortem ait discipulis : Et ecce ego mittam promissum patris mei super

per  
lem  
ides  
vos il  
cepit  
expec  
audist  
dem  
zabirr  
sancto  
bium  
ret, re  
comp  
phetæ  
mum it  
meum  
tiam o  
adueni  
non dic  
effunda  
signific  
spicit ac  
effusio,  
significa  
carnem  
Sub leg  
prophe  
testame  
alligatu

per vos, vos autem manete in vrbe Ierusalem, vsquequò induamini virtute ex alto, id est, vsquequò spiritus sanctus è cœlo in vos illabatur. Et Acto. 1. Et cōuescens præcepit eis ab Ierusalem ne discederent, sed expectarent promissionem patris, quam audistis per os meum. Nam Iohannes qui dem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini ( scilicet à patre & me ) spiritu sancto post non multos hos dies. Non dubium esse potest, Christum cum hæc diceret, respexisse ad prophetiam Ioëlis, quæ completa est die pentecostes, sed prophetæ verba breuiter expendamus. Primum itaq; cum dicit: Effundam spiritum meum, significat vberiorem spiritus gratiam contingere Ecclesiæ Dei post Christi aduentum, quam contigit sub lege. Ideo non dicitur, Stillabo spiritum meum: sed effundam, ut plena copia voce effusionis significetur. Item cum dicit, effundam, respicit ad typum. Nam spiritus sancti hæc effusio, aqua manante de petra in deserto significabatur. Deinde dicit super omnem carnem, quod comparatè accipiendū est. Sub lege enim pauci admodum spiritu prophetiæ donabantur. Verum in nouo testamento, hoc donum spiritus, non est alligatum paucis aut certo hominum ordinī,

dini, sed promiscue datur omnibus audi-  
entibus Euangelium & credentibus, etsi  
non hodie visibiliter, vt die pentecostes à  
resurrectione Domini accidit. Tertio,  
cum dicit filios & filias eorum prophetan-  
turos, item senes somniaturos & iuuenes  
visuros visiones, significat fore vulgo ple-  
niorem lucem cognitionis Dei in nouo  
testamento quam fuit in veteri. In nouo  
enim vident clare completa, quæ olim  
obscarius prophetæ prædixerunt.

Vt hæc visibilis effusio Spiritus sancti in  
apostolos, iuxta prædictionem prophetæ  
fuit veluti authenticum quoddam mai-  
statis diuinæ sigillum, quo ipse Euangeli-  
um Christi mundo vniuerso confirmari  
voluit: ita inuisibilis eiusdem spiritus ef-  
fusio in credentes, est testimonium firmū  
veritatis Euangelij in cordibus fidelium,  
& arrhabo quidam promissorum bono-  
rum, iuxta dictum Pauli 2. Corinth. 1.  
**Qui** confirmat nos vobiscum in Christo,  
& qui vnxit nos Deus est, & qui signauit  
nos & dedit pignus spiritus in cordibus.  
**Quid** effecturus esset spiritus sanctus pro-  
missus & datus copiose docet ipse Domi-  
nus infra Iohannis 14, 15, 16.

De efficacia Euangelij in nouo testa-  
mento prædixit Ierem. cap. 141. Dabo  
eis cor

eis cor vt sciant me, quòd ego sim Dominus, & erunt mihi in populum, & ego ero illis in Deum, quia reuertentur ad me in toto corde suo. Idem cap. 31. Ecce dies venient dicit Dominus, & feriam domui Israël & domui Iuda fœdus nouū, nō secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris, in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Aegypti, pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum, dicit Dominus: sed hoc erit pactum quod feriam cū domo Israël: post dies illos dicit Dominus, dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum inscribam eam, & ero eis in Deum, & ipsi mihi erunt in populum, & non docebit vltra vir proximum suum, & vir fratrem suum, dicens, cognosce Domini. Omnes enim cognoscent me à minimo eorum usq; ad maximū ait Dominus, quia propitiabor iniquitati illorū, & peccati eorum non ero memor amplius. Hoc prophetæ testimoniū manifeste docet de fœdere novo & efficacia Euangelij in novo testamento, quemadmodū autor Epistolæ ad Heb. cap. 8. hanc prophetiam interpretatur. Psal. 68. Dominus dabit verbū Euangelizantib. virtute multa. Et Psal. 19. efficaciam Euangelij multiplicem proponit.

ponit. Esai. 11. Percutiet (scilicet Christus per suos apostolos aliosque verbi ministros) terram virga oris sui, & spiritu laborum suorum interficiet impium. Cum his vaticinijs de efficacia Euangelij congruit euentus. Petrus Actor. 2. virtute huius Euangelij ex hostibus Christi tria millia hominum ad fidem conuertit. Apostoli reliqui cum Petro missi prædicatum Euangelium, virtute spiritus armati, & miraculis ad invocationem nominis Domini nostri Iesu Christi editis (quæ miracula, ut testimonia fuere viuentis, regnantis & præsentis filij Dei in Ecclesia: ita symbola erant internæ virtutis verbi per spiritum sanctum in cordibus credentiū) plurimos ad fidem à prophanitate idolatrica iuxta vaticinia pertraxerunt, quod nullis humanis viribus aut sapientia effecissent. Id quod ipse Paul. testatur 1. Corinth. 2. cum ait: Neque sermo meus & prædicatio mea versatur in persuasorijs humanæ sapientiæ verbis, sed in demonstratione spiritualis potentiarum. Vide quæ supra annotauimus ex 2. Corinth. 10. de virtute Euangelij, quæ Euangelij virtus quantum ad internam efficaciam attinet, (nam miracula solmodo in noua Ecclesia confirmandæ doctri-

Apollonius  
bit iuris  
pulchritudinis  
bi, etiam  
cent o  
tione v  
pora.  
nem C  
ualebr  
sempe  
bo do  
nunqua  
minum  
dem vt  
eiacula  
promiss  
adesse &  
potestat

D

Tria  
sideranc  
num, I  
Secundi  
litia Mo

doctrinæ destinabantur ) in successoribus Apostolorum etiamnum durat, & durabit iuxta vaticinium Prophetæ. Quam pulchrè congruat experientia cum Prophetarum prædictionibus de efficacia verbi, etiam post Apostolorum tempora docent omnes ætates, inde usque à donatione visibili Spiritus sancti ad nostra tempora. Ita videmus veram esse promissionem Christi: Portæ inferorum non præualebunt aduersus eam. Tametsi enim semper sunt & erunt qui opponunt se verbo donec hic mundus steterit: tamen nunquam ullis viribus diabolorum aut hominum reprimetur eius cursus. Siquidem ut nunquam desinet antiquus serpens eiaculari sua venena, sicut habet prima promissio: ita Christus nunquam desinet adesse & tueri Ecclesiolam suam aduersus potestates tenebrarum.

## D E R E I C T I O N E I V D A E O R V M .

Tria sunt in reiectione Iudæorum consideranda iuxta Prophetica vaticinia. Primum, paucitas saluandorum ex Iudæis. Secundum, definita & statuta vastitas politiæ Mosaicæ nunquā instaurandæ. Terti-

L um,

tium utriusque, id est, paucitatis saluando-  
rum & vastitatis perpetuae causæ.

De paucitate saluandorum ex Iudeis  
prædixit Esai. cap. 1. Nisi Dominus Seba-  
oth reliquisset nobis semen, sicut Sodo-  
ma facti essemus, & sicut Gomorra similes  
fuissemus. Idem cap. 10. Si fuerit nume-  
rus filiorum Israël tanquam arena maris,  
reliquæ saluæ fient. Psal. 19. fiat mensa eo  
rum coram ipsis in laqueū & in captionē,  
& in scandalum & in retributionem ipsis.

De abolenda penitus Mosaica Politia  
Esaias quoque vaticinatur cap. 10. finitio-  
nem Dominus Deus exercituum faciet  
in medio totius terræ. Et Daniel cap. 9.  
Post sexaginta duas hebdomas occide-  
tur Christus, & non erit scilicet populus  
amplius. Nam ciuitatem & sanctuarium  
dissipabit populus ducis venturi, & finis  
eius populi vastitas, & post finem belli sta-  
tuta desolatio.

De causis paucitatis saluandorum ex  
Israël & abolendæ Politæ Mosaicæ, ipse  
Moses prædixit Deutero. 18. Prophetam  
fuscoabo eis de medio fratrum suorum,  
qui verba eius quæ loquetur in nomine  
meo audire noluerit, ego vltor existam.  
Item 28. cap. Si audire nolueris vocem  
Domini Dei tui, mittet Dominus super te  
male-

in alio  
bati  
veloc  
rum.  
qui pi  
tudine  
mini  
minus  
multi  
vos a  
terra  
Hinc  
fin di  
te, &  
gellur  
niets su  
um sp  
sumus  
lapide  
Idem e  
ad pop  
dicente  
reprot  
in capi  
gruit l  
23. &  
in con  
elictici  
Christi

maledictionem, perditionem, & perturbationem, donec conteret te, & perder velociter propter maliciam operum tuorum. Item, remanebitis pauci numero, qui prius eratis sicut astra cœli præ multitidine: Quoniam non audisti vocem Domini Dei tui: & sicut antea lætatus est Dominus super vos bene vobis faciens vosq; multiplicans: Sic lætabitur disperdens vos atque subuertens, vt auferamini de terra ad quam ingredieris possidendum. Hinc est quod idem Propheta per Mimesin dicat: Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum, flagellum inundans cum transferit, non ve- niet super nos, quia posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus. Idem cap. 8. Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali. Idem 65. Tota die expandi manus meas ad populum non credentem sed contraria dicentem mihi. Psal. 118. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes hic factus est in caput anguli. Cum his Prophetijs congruit Domini comminatio quæ est Math. 23. & 24. Hæc igitur vaticinia sint nobis in conspectu de internecione populi Israelitici, quæ pppter suā cōtumaciā aduersus Christū, pphetæ prædixerūt exterminādū

L 2                esse

esse. Neque hic obstant promissiones factæ Israëlitis. Nam vt Paulus ait, istæ promissiones non pertinent ad eos qui nati sunt ex Israël secundum carnem, sed secundum promissionem, id quod olim adumbratum erat in duobus filijs Abraham, videlicet Ismaël & Isaac. Item in duobus filijs Isaac, Iacob & Esau. Ideo Paulus ait: Non enim omnes qui sunt Israël, ij sunt Israelitæ, neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filij Abrahæ. Filios autem Abrahæ Apostolus ipse definit ad Rom. 4. esse omnes qui sectantur vestigia fidei Abrahæ. Non ergo reiectio Iudæorum reiicienda est ad arcanum Dei consilium, quo ab æterno statuit, vt Stoici dicunt, reiucere istum populum: sed ad contumaciam populi offendentis in lapidem ædificij, id est, in Christum. Vult enim Deus paterna sua benevolentia totum humanum genus saluum fieri: sed per salutem, id est, per ipsum Christum. Vult quoque omnes contumaces in Christum iusto suo iudicio perire. Stat enim immota sententia Pauli: Deus vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Nos igitur qui ex gentibus vocati sumus, sumus grati Deo, fide & obœdientia adhæreamus Christo, in quem quis-

qui  
sinc  
tum:  
etian  
detur  
non p  
minu  
9. 10  
tracta

Plur  
ticinia  
tium.  
tix, q  
tam pi  
dicenti  
promis  
feste in  
cinia se  
memin  
ctis Iud  
stum. I  
tibus I  
fore ip  
tibi ge  
honest

quisquis crediderit, non pudebit. Verum si nos auctori salutis opposuerimus contumaciter cum Iudeis, futurum est, ut etiam a nobis auferatur regnum Dei, & detur genti facienti fructus eius. Si enim non pepercit naturalibus ramis, multo minus parcet insititijs. Vide Romano. 9. 10. & 11. ubi hoc ipsum argumentum tractatur.

### D E A S S U M T I O N E G E N T I V M .

Plurima extant veteris testamenti vaticinia, de vocatione & assumptione gentium. Taceo primam promissionem gratiae, quae est uniuersalis. Prætereo repetitam promissionem: In semine tuo benedicentur omnes cognationes terræ. Haec promissiones cum sint uniuersales, manifeste includunt gentes. Sed nos illa vaticinia solummodo hic attingemus, quæ meminerunt assumptionis gentium, reiectis Iudeis contumacibus aduersus Christum. Psal. 2. aperte pronunciat, frementibus Iudeis aduersus Christum, gentes fore ipsius peculium: ita enim ait: Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Osee 2. pro-

L 3 posito

posito symbolo docet gentes assumendas  
esse: vocabo, inquit, non plebem meam,  
plebem meam, & non dilectam, dilectam.  
Huc pertinent exhortationes multæ in  
Psalmis, quibus Dauid hortatur gentes  
ad celebrandum Deum, qui eas assumit in  
gratiam ex mera sua misericordia, ut cum  
dicit: Laudate Dominum omnes gentes,  
& laudate eum omnes populi, quoniam  
confirmata est misericordia Dei super nos,  
& veritas Domini manet in æternum. Cū  
igitur videmus euentum respondere vati-  
cinijs Prophetarum, sciamus hanc genti-  
um assumptionem, & vocationem, quæ per  
Apostolos facta est, vim demonstrationis,  
qua veritas Euangelij & firmitas fidei gen-  
tium confirmetur, obtinere.

### D E R E G N O A N T I C H R I- S T I E T M A H O M E T I C O.

Prædixere Prophetæ Dei, oritura esse  
regna Antichristianum & Mahometricum,  
quorū illud quidem, fraude acquireretur  
& mendacijs stabiliretur sub Christi no-  
mine, ut hodie in papatu cernitur, hoc  
vero armis raperetur, Christum ex pro-  
fesso contemnens, & sanctos Dei concul-  
cans, quod videmus compleri in Turcico  
regno.

entes affumendas  
n plebem meam,  
ilectam, dilectam  
tiones multas  
l hortatur gentes  
qui eas affumda  
sericordia, ut cum  
um omnes gentes  
populi, quoniam  
dia Dei superna  
et in aeternum. Ci  
n respondere van  
iamus hanc genti  
cationem, quae per  
demonstrationis  
& firmitas fidei ga  
tinere.

## ANTICHR OMETICO.

æ Dei, oritur  
n & Mahometicum  
fraude acquirere  
tur sub Christi na  
patu cernitur, hoc  
Christum ex pro  
nctos Dei cond  
mpleri in Turcic  
regio

regno. De hoc Mahometico regno vide  
quæ annotauimus in enarratione Psalm.  
84. De Antichristi impietate vide 2. Thes  
salon. 2. vbi Paulus ita depingit papam ac  
si ipse coram ipsius impietatem & super  
biam vidisset. Lege quoque de utroq; re  
gno commentarios Philippi in Danielem,  
Item Chronica eiusdem.

## D E I N V A S I O N E R E G N I A N T I C H R I S T I.

Etsi autem Antichristi regnum fore ma  
gnum, potens, & terribile prædixere  
Prophetæ: tamen circa finem mundi idem  
inuadendum & diminutum iri non tacue  
re. Etsi autem prorsus non abolebitur An  
tichristi dominium, ante aduentum Christi  
ad iudicium: tamen ruinas magnas patie  
tur. Nam tonitru cœlesti percutietur. O  
mitto alia multa testimonia, & vnum Pau  
li quod est 2. Thessal. 2. asscribam: Quem  
(scilicet filium iniquitatis & aduersarium  
C H R I S T I) Dominus destruet spiritu  
oris sui, & abolebit illustri aduentu suo.  
Hoc Pauli vaticinium duo continet. V  
num de destructione, hoc est, inuasione,  
qua patefiet fraus Antichristi, ut multi ab  
eo deficiant. Alterum, de perpetua aboli  
tione

tione regni Antichristi, post cuius abolitionem regnum sanctorum perpetuo durabit, iuxta Danielis vaticinium & Christi promissionem. Primum enim dicit. Quem destruet Dominus spiritu oris sui. Est aut spiritus oris Christi ipsa Euangelij vox, per quam regnum Antichristi conquassabitur, & paulatim maiores ruinas accipiet. In totum autem non abrogabitur, antequam Dominus ad iudicium venerit. Etsi autem omnibus seculis erant pij quidem & docti viri, qui Papæ Tyrannidi aduersabantur, nihilominus tamen integrum suum regnum obtinuit usque ad annum Domini 1517. a quo tempore usque huc 54. annos Christus Dominus Spiritu oris sui potenter inuadit regnum Antichristi, per pios Euangelij praecones in multis regnis, qui virtute Spiritus ex alto armati, viriliter oppugnant regnum Papæ. Deinde dicit: & abolebit illustri aduentu suo, hoc est, Etsi inuaditur regnum Antichristi nunc ex hac nunc ex alia parte: tamen non in totum abolebitur, ut diximus, antequam dominus illud suo glorioso aduentu aboleuerit, quod haud dubie breui futurum est, praesertim cum signa aduentus Domini ad iudicium, a Prophetis Christo & Apostolis praedicta, quotidie cumulantur.

De octa-

H  
mus e  
arum  
fidei i  
sto pe  
quatu  
gruer  
lus scr  
quitu  
neam  
monit  
Euang  
fuscat  
firmis  
onis, q  
Messia  
nem Cl  
liopius  
rus & I  
videlice  
gelice  
fiducia  
concep  
turū no  
Quo  
tem ex  
fides, c

## DE OCTAVO.

Horum omnium usus & fructus. Primus est , vt ex his collationibus Prophetarum & historia Christi , confirmationem fidei nostræ de Domino nostro Iesu Christo petamus. Nam cum videmus vaticinia quatuor millium annorum per omnia cōgruere cum euentu & historia Christi , nulus scrupulus pijs mentibus amplius relinquitur , quin contra portas inferorum teneamus certissimam & euidentissimis demonstrationibus confirmatā doctrinam Euangelij de Iesu Christo , mortuo & resuscitato pro humano genere. His enim firmissime fulcitur assumptio demonstrationis , quam in initio proposuimus de vero Messia Iesu Christo , quam demonstrationem Christus ipse , vt diximus , & Apostoli ipsius nobis commendant , Secundus usus & fructus coniunctus est cum primo , videlicet , vt coniuncti de doctrinæ Euangelicæ certitudine , conuertamur ad Deū fiducia in mediatorem Iesum Christum concepta ; & statuamus illum vere præstiturū nobis quæ in Euangeliō promiserat.

Quoniam autem nulla res homini salutem expertenti adeo necessaria est , vt vera fides , qua conuersio ( quæ græcis μετάνοια )

L 5 vulgo

vulgò pœnitentia dicitur ) ad D E V M  
 fit , stabilitur , & continuatur , placet huc  
 quædam de fide ἀμαθέσεων καὶ σαφέτερ a-  
 scribere , vt & firmissime teneatur quæ  
 sit veræ , firmæ & salutaris fidei indoles , &  
 facillime distinguatur inter viuam pio-  
 rum , & mortuam hypocitarum fidem .  
 Siquidem fides hypocritica spectrū solum  
 modo est veræ fidei , & non fides proprie-  
 dicenda , quo tamen spectro adeo dele-  
 ctantur hypocritæ , vt se solos beatos es-  
 se existiment . Verum his idem usu venit  
 quod phreneticis . Ut enim phrenetici , si  
 ad illorum colla suspenduntur torques cu-  
 preæ , & capitibus imponuntur coronæ  
 stramineæ , altum spirant , incedunt ma-  
 gnifice , alios tanquam ex alto despiciunt .  
 se reges esse putant , & nominari gestiunt :  
 Sic hypocritæ ( quorum conditio mul-  
 to est deterior quam phreneticorum )  
 spectro fidei fascinati , suis operibus , suis  
 iusticijs , suis meritis , se ornatissimos  
 existimant , se solos beatos gloriantur , &  
 alios tanquam ex alto despiciunt , vt vide-  
 re est in Pharisæo illo , qui gloriabunde se  
 anteposuit publicano , qui tamen publica-  
 nus viua fiducia in D E V M concepta , ad  
 propitiatorium confugiebat , qua fide &  
 iustificatus est & saluatus .

Verum

Verum priusquam viua & salutaris fides (qua sit conuersio) in corde hominis concipiatur & nascatur, quatuor in homine præcedant necesse est.

Primum est peccati cognitio in mente.

Secundum iustæ iræ Dei in peccatores & meritæ damnationis in corde sensus.

Tertium μεταμέλεια, cum qua cruciatus in conscientia propter peccatum commissum, & propter pœnas imminentes ex iustitia Dei, coniunctus est.

Quartum, Christi vera noticia & firma in mente ex Euangelij prædicatione concepta.

Hæc quatuor sunt veluti quatuor gradus, quibus gradatim conscenditur ad veram & salutarem conuersionem, quæ fit per fidem. De quibus gradibus ordine dicemus.

Primus itaq; gradus est peccati cognitio. Hanc consequitur homo ex lege D E I : per legem ait Paulus est cognitio peccati. Est enim lex Dei regula iusticie, quæ monstrat quid iustum quid iniustum sit, quid Deo placeat quidq; displaceat, ex quo fit ut quicquid sit in nobis, vel fiat à nobis non congruens cū regula, hoc est, cum lege Dei, sit peccatum, quo Deus horribiliter offenditur. Ad hæc ergo regu-

lam,

Vera

Iam , vitam & actiones suas interiores & exteriores explorabit homo , & ex ea iudicabit de factis suis , peccata ne sint , annon . Verum ne quis errore fallatur in accommodatione & vsu huius Regulæ , duo tenebit : Vnum , quod quicquid aduersetur charitati dei & charitati proximi , prohibeat lege Dei , & pugnet cum regula iusticiæ , & contra , Quicquid congruit cum charitate Dei & proximi , præcipiatur , tametsi expresse verbis legis non videatur interdictum aut præceptum . Nam lex ex his duobus principijs concluditur , Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo , ex tota anima tua , & ex totis vribus tuis , & diliges proximum tuum sicut teipsum . Alterū , quod lex sit spirituālis , vt quæ postulet puram , perpetuam , perfectam & spiritualem obœdientiam , ex quo intelligere in promtu est , q[uod] nullus homo natus iuxta naturæ legem , valeat legem D E I implere . Nam hominis natura & legis conditio , ita sibi aduersantur , vt nunquam in hac vita inter eas conuenire ( vt deberet fieri ) possit . Id quod Paulus conqueritur , cum ait : Lex est spiritualis , ego autem carnis , venditus sub peccatum . Hinc intelligimus omnes homines reos esse coram tribunali D E I ,

vt

vt tr  
& noi  
præsta  
mente  
facti nc  
Secu  
iustæ d  
pter pe  
Deo.  
peccat  
aduers  
merue  
Huiu  
propter  
rerum c  
dum de  
bus in P  
deris de  
Dominu  
legem la  
mortem  
etiam n  
habemus  
commut  
usdem ci  
sumus , q  
st. Pauli  
Deine  
damnati

ut transgressores ipsius sanctissimæ legis,  
 & non posse ne incipere quidem, nedum  
 præstare ullam obœdientiam, iuxta legis  
 mentem, priusquam regeniti fuerint, &  
 facti noui homines per fidem.

Secundus gradus est sensus iræ Dei &  
 iustæ damnationis, in corde hominis pro-  
 pter peccatum, quo reus est homo coram  
 Deo. Quoties enim homo cogitat suum  
 peccatum, simul debet intueri iram Dei  
 aduersus se, & cogitare de poena quam  
 meruerat propter peccatum.

Huius iræ Dei sensus in corde hominis  
 propter cōmissa peccata, crescit ex harum  
 rerum cogitatione. Primum, cogitan-  
 dum de lege lata primis nostris parenti-  
 bus in Paradiso videlicet, quando come-  
 deris de arbore ista morte morieris. Hic  
 Dominus toti Adamo minatur mortem si  
 legem latam violauerit, hoc est, minatur  
 mortem non solum personæ Adami, verū  
 etiam naturæ Adami, quam nos omnes  
 habemus, qui nati sumus ex Adam, iuxta  
 communem nascendi legem. Atq; ideo ei-  
 usdem cuius & Adam condemnationis rei  
 sumus, qui ab eo originem traximus. Psal.  
 51. Paulus Rom. 5.

Deinde sensus iræ Dei & iustæ nostræ  
 damnatiōis, crescit ex cogitatione senten-  
 tiæ,

tiæ, quam D E v s in monte Sina adiecit suæ legi, videlicet, maledictus omnis qui non manserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis ut faciat ea. Hæc maledictio venit ex iusta ira Dei in omnes, & infert æternas pœnas omnibus ijs, qui non per liberatorem Iesum Christum ex hac legis sententia eximuntur.

Tertio, sensus iræ Dei & iustæ condemnationis hominis propter peccatum, crescit ex Chirographo Dei in cordibus nostris, quod Chirographum est conscientia hominis, quæ testatur de damnatoria sententia, primum in Paradiso, Deinde in lege proposita. Deutraque sententia, videlicet, conscientiæ & legis Dei loquitur Iohannes, 1. Iohan. 3. Si, inquit, condemnnet nos cor nostrum maior est Deus corde nostro qui nouit omnia. Quoties ergo sentimus cruciatum in conscientia nostra propter peccatum, cogitabimus esse pœnam diuinam, & præmonitionem quandam æternarum pœnarum propter peccatum, nisi nobis per Christum succurratur.

Quarto, sensus iræ Dei, & iustæ nostræ pœnæ, etiā crescere debet ex signis iræ diuinæ, quæ sunt duplia. Quædam enim simul minantur & puniunt, vnde maxima

ira

ira  
ius g  
ritas,  
bus D  
saltēm  
punit,  
dam n  
immin  
huius  
bemus  
Ege  
cesserū  
Christi  
signa pi  
subiung  
nem, vi  
tenend  
tate, et  
quid sig  
catione  
ta temp  
fas, qua  
experie  
elle qua  
iulmod  
tionem  
cij seu p  
moniti  
confus

ira Dei in peccatores intelligitur. Huius generis signa sunt pestis, annonæ charitas, fames, bellum, & variæ plagæ, quibus Deus vel integra regna, vel aliquos saltem homines alijs in admonitionem punit, in ostensionem futuri iudicij. Quædam non statim puniunt, sed minantur & imminentes pœnas quasi prædicunt. De huiusmodi signis minantibus multas habemus historias tum prophanas tū sacras.

Egesippus signa cōminantia, quæ præcesserunt euersionem Ierusalem recitat. Christus Dominus Math. 24. enumerat signa præcessura extremum diem, quibus subiungit hanc grauissimam admonitionem, videte ne quis vos seducat. De his tenenda est regula. Quicquid non fit vſitate, etiam si naturales cauſas habeat, aliquid significat. Etsi ergo cometæ, inundationes aquarum, horrendæ & inusitatæ tempestates habent ſæpe naturales cauſas, quas Mathematici monstrant: tamen experientia & historiæ docent, non *ἀτριπτα* esse quæ ita inusitate fiunt. Verum huiusmodi signa minantia, annexam conditionem habent duplicem, videlicet iudicij seu pœnæ, si non resipiscimus signis admoniti, misericordiæ, si vera pœnitentia configimus ad Deum, petentes veniam.

Ex

nonte Sina adiec  
redictus omnis q.  
us quæ scripta fin  
tea. Hæc male  
Dei in omnes, &  
moib[us] ijs, qui  
im Christum ex  
ntur.

Dei & iusta cond  
propter peccan  
ho Dei in cordib  
graphum est conf  
testatur de dann  
im in Paradiso, Di  
a. Devra que fe  
nſcientie & legis D  
i. Iohan. 3. Si, inc  
r nostrum maior  
qui nouit omnia  
ruciatum in con  
peccatum, cogn  
inam, & præmon  
narum pœnarum  
i nobis per Christu

e Dei, & iusta no  
ſeber ex signis ira  
ia. Quædam em  
junt, vnde max

Exemplum in Propheta Iona habemus il-  
lustre. Per hunc enim Deus minatur exitiu-  
m Niniuitis , post quadragesimū diem à  
tempore concionis Ionæ. Sed quid acci-  
dit? Audita hac comminatione, agnouere  
Niniuitæ suum peccatum , & iustum iram  
Dei , & conuersi sunt in vera pœnitentia  
ad Deum , petiuerunt veniam in planctu  
& ieunio. Horum ergo pœnitentia mo-  
tus Deus illis pepercit, & nō puniuit iuxta  
comminationem Prophetæ. Horum ex-  
emplum si hodie multæ gentes imitaren-  
tur, Deus etiam misericordiæ suæ memor,  
parceret ijs , quibus iam varijs & inusita-  
tis portentis , minatur pœnas.

Tertius gradus, qui veram conuersionē  
quæ fit per fidem præcedit, est μεταμέλεια,  
dolor ob peccatum in cōscientia. vt enim  
secundus est sensus iræ Dei , quo vere sta-  
tuimus Deum irasci peccato : ita hic μετα-  
μέλεια & dolor ob peccatum est, quo com-  
pūgimur ob culpam nostram, & vellemus  
nos nunquam peccasse & offendisse Deū,  
vnde concipitur in nobis per Spiritum  
sanctum ( qui ideo spiritus timoris dicitur  
Rom. 8. ) dolor , odium peccati , & fuga  
peccati.

Quod autē huiusmodi μεταμέλεια & do-  
lor in corde præcedat salutarem pœniten-  
tiā

ona habemus.  
eus minatur exis-  
dragesimū diem  
z. Sed quid ac-  
natione, agnosc-  
m, & iustam in  
in vera pœnitentia  
veniam in plati-  
go pœnitentia  
& nō puniuit in  
pheta. Horum  
gentes imitatae  
ordia sua memo-  
n varijs & inusita-  
pœnas.

veram conuersio-  
cedit, est ~~per~~ <sup>metamorphosi</sup>  
i conscientia. ut  
Dei, quo ver-  
eccato: ita hinc  
catum est, quo ce-  
stram, & velle  
se & offendisse De-  
i oibis per Spir-  
itus timoris dicti  
im peccati, & fa-

udi ~~metamorphosi~~ &  
Salutarem penit-  
ti

tiam, quæ est conuersio hominis ad Deum per fidem in Iesum Christum, præter alia multa, sequentia testimonia confirmant. Act. 2. postquam displicuisset Iudæis factū suum, & compuncti essent corde ob peccatum suum, querunt: quid faciemus viri fratres? Respondet Petrus, ~~metamorphosi~~, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum. Hic aperte vides quod & ~~metamorphosi~~ seu dolor ob peccatum præcedat ~~metamorphosi~~. & quod prædicatio <sup>της μελανιας</sup> sit propria Euangelij, & sit conuersio ad Deum per fidem in Iesum Christum, id quod verba hæc declarant: Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum, hoc est, baptizamini ut habeatis testimonium Dei quod vobis conuersis, id est credentibus in Christum sint remissa peccata. Math. 21. vos videntes <sup>οὐ μεταμελάνεστε</sup> vt credere-  
tis ei, id est, non ~~metamorphosi~~ ducti estis vt conuerteremini ad Deum per ipsius præ-  
dicationem. 2. Corinth. 7. etiam clarissime docet, quod dolor ob peccatum seu contritio, præcedat salutarem pœnitenti-  
am, id est conuersionem: Dolor, inquit, secundum Deum operatur ~~metamorphosi~~ salutarem, hoc est præparat hominem ut se ad

M

Deum

Deum conuertat per fidem, ne in suis pēc  
catis pereat.

Porrò odium & abominatio peccati ex eo venit. Primum, si cogites summam voluptatem Diaboli esse, videre hominem, qui est conditus ad imaginem Dei potius se velle imitari, quam Deum, potius suum signum quam Dei gestare. Deinde si cogites, quemadmodum supra diximus quā horrendē peccatum Deū offendat, ut quod expellat Spiritum sanctum de corde hominis, & faciat ex templo Dei habitaculū diaboli. Tertio, si cogites quantum damnū tibi afferat peccatū, & quantum alijs noceat malo exēplo. Postremo, si ut par est cogites, quam turpe & abominabile sit peccatum, quod castissimos Dei angelos fugat. Hæc quatuor merito cor hominis ad dolorē propter peccatum, ad odiū & fugā peccati cōmouere deberēt.

Quartus gradus, qui viuam & salutarem fidem proxime præcedit, est Christi vera cognitio, quæ aliunde haberi nequit, quam ex prædicatione Euangeli, siquidem Euangeliū docet, cur Christus in mundum venerit, quis sit, quid fecerit, & quomodo sit affectus erga miseros peccatores, qui ad se veniunt.

Venit in mundum missus à patre ut libe  
ret

ret miseros peccatores à tristissimo peccati onere: ita enim Iohannes ait: Ecce agnus Dei qui tollit peccatum mundi, Et ipse dicit: Veni in mundum vocare peccatores ad pœnitentiam. Item, veni saluare quod perierat. Et Paul. ait: Certus est sermo & omniū approbatione dignus quod Iesus Christus venit in mundum peccatores saluos facere.

Est verus Deus, qui potest quicquid vult, & vult quicquid suo verbo promittit. est verus homo assumta in vunionem personalem nostra natura, ut eam reddat participem diuinæ naturæ & gloriæ. est vna persona Deus & homo, ut sciamus omnia opera ipsius esse infiniti precij & aestimationis.

Pasius & mortuus est pro peccatis nostris, impleuit legem, ut sua obœdientia nobis imputata, iusti habeamur coram Deo. Hic orat pro te apud æternum patrem, ut omnis qui venit ad illum & credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam.

Denique ita affectus est erga quolibet peccatorem quod velit ipsum in gratiam recipere, quantumuis enormiter peccauerit, modo ad ipsum venire non recusauerit. Venite, inquit, omnes qui laboratis & onerati estis, ego refocillabo

M 2.      VOS.

vos. Hunc suum affectum in multis magnis peccatoribus conspiciendum exhibuerat, vt in Magdalena, in latrone & in multis alijs. Breuiter vt venit in mundum propter peccatores: ita reuera vult omnium peccatorum salutem sed per fidem, vt ipse ait: Qui videt filium (id est, agnoscit filium esse saluatorem mundi) & credit in illum, habebit vitam æternam & ego suscitabo eum in ultimo die.

Atque ita vidimus, quid veram & salutarem fidem præcedat, antequam concipi & nasci possit in cordibus nostris. Ex tribus primis gradibus intelligimus, quæ maneat nos damnatio, nisi liberemur à peccatis nostris, vnde oritur compunctionis cordis. Ex quarto intelligimus, remedium aduersus peccatum, esse propositum in Iesu Christo. Nam qui in ipsum credit habet remissionem peccatorum & vitam æternam.

In his cogitationibus per Spiritum sanctum excitatur in corde ingens desiderium promissæ in Christo gratiæ, quod desiderium est veluti quidam fidei conceptus, & cum ad hoc desiderium fiducia cordis in promissionem gratiæ accedit, fides in corde nascitur, Atque ita viua salutaris & Christiana fides, est ingens desiderium

um g  
ducia  
mitte  
nare  
ribus  
Is c  
missio  
tis Chi  
putata  
Deo,  
Deum  
Qua  
in corc  
ma & p  
& incr  
uocati  
Domini  
ratus,  
rigem  
& ard  
sum S  
læticis  
sus pe  
cia &  
spirit  
auer  
H  
est f  
suau

um gratiæ promissæ in Christo, & firma fiducia in Christum, quod velit ex gratia remittere peccatum, & vitam æternam donare credenti gratis absque omnibus operibus & meritis humanis.

Is qui in hunc modum credit, habet remissionem peccatorum, ex merito mortis Christi, est iustus iusticia Christi sibi imputata, est filius Dei, est reconciliatus cum Deo, est nouus homo, habet accessum ad Deum, stat in gratia & favore Dei.

Quando fides ita est concepta & nata in corde hominis, cum sit initio tenerima & per exigua, debet quotidie crescere & incrementa assumere, per ardente invocationem Dei, ut cum Dauide ores, ô Domine confirma quod in nobis es operatus, Spiritu tuo sancto confirma me, dirige me in tua veritate. In huiusmodi seria & ardenti invocatione sentitur responsum Spiritus sancti in corde precantis, per læticiam cordis & consolationem aduersus peccatum & mortem. Hæc enim læticia & consolatio in corde, est testimonium spiritus, quod simus filii Dei, & iam inchoauerimus vitam æternam.

Huiusmodi viua & salutaris fides non est sterilis sed fœcunda. Producit enim suauissimos & pulcherrimos fructus, &

M 3 ante

ante omnia se gratam exhibet erga Deum, ipsum prædicat, ipsum laudat mente, corde, lingua, atq[ue] adeo tota vita: Quemadmodum videmus in Abrahamo, cuius filij sunt, qui vestigijs fidei ipsius insistunt per fidem & obœdientiam.

Huius fidei fructus ut particulatim dicam sunt quatuor, pietas erga Deum, innocentia in vita, charitas erga homines, sancta cura in officio.

Probatur & hæc fides cruce, ut aurum igni. Nam patientia sub cruce cū inuocatiōne dei, expectatione liberationis, est veluti examinatio, fidei, num sit vera nec ne, ut in Iob videre est. Pugnat quoque contra diabolum, mundum & carnem, & fit victrice, cuius finis est salus animæ, & vita æterna, iuxta dictum Domini: Beatus qui perseverauerit usque ad finem.

Qui gradus ad fidem à nobis enumeratos recte cogitat, & qui fidei ortum in corde perpendit, & qui fructus fidei ut pars est æstimat, is intelligit Euangelium esse prædicationem vniuersalem pœnitentiæ, id est, conuersio[n]is, quæ fit per fidem, & remissionis peccatorum (cum qua coniuncta est iustificatio & donatio vitæ æternæ) intelligit quoque tres esse pœnitentiæ partes, videlicet contritionem (quæ recte pars

pars  
ceda  
dem  
pars  
ia di  
cum i  
te disf  
cipot  
tentia  
tur, o  
salus  
dixi,  
uet ob  
neficie  
cie fid  
salutis  
sit fid  
bus.  
non e  
men  
nis, f  
Te  
patre  
c t  
vita  
cum  
te. C  
stifit

pars antecedens dici potest, ut quæ antecedat conuersionem, ut ostendimus) fidem, per quam fit conuersio, atq; ideo pars formalis conuersionis seu pœnitentiæ dici potest, & nouâ obœdientiam, quæ cum fide connata est, tametsi ab ea accurate distingui debet, & pars consequens dici potest. Hæc tria, partes dicuntur pœnitentiæ, sed respectu finis ad quam ordinantur, ordine enim finem præcedunt, qui est salus conuersorum. Et sunt hæc partes, ut dixi, diligenter distinguendæ. Prima removet obstaculum. Secunda apprehendit beneficium oblatum. Tertia est fructus iusticiæ fidei, qui est veluti intermedium ad salutis portum: Non enim fieri potest ut sit fides, sine suis naturalibus proprietatis. Etsi autem hæc noua obœdientia non est pars aut causa iustificationis: tamen est necessarius fructus regenerationis, sine qua nemo saluatur.

Tertius usus & fructus est ut D E V M patrem per filium in S P I R I T U S A N C T O, mente, corde, lingua, totaque vita pro tanto beneficio prædicemus cum in hac vita tum in omni æternitate.

Quartus usus & fructus collationis institutæ, est cōfirmatio nostri aduersus tentatio-

rationem grauiissimam, quam externa Ecclesiæ forma, paucitas credentium, & defectio plurimorum ab Euangelio, animis infirmorum subinde quasi instillat. Cum enim infirmi vident multos, qui sunt extra Ecclesiam pollere sapientia, autoritate, opibus, potentia, prosperoque rerum successu, & contra intuentur fideles paupertate, cruce & contemtu tantum non opprimi, incipiunt dubitare de tota Ecclesiæ doctrina: Ratiocinantes, eos potius placere Deo, quos felices & fortunatos in hoc mundo vident, quam eos qui cum tantis calamitatibus conflictantur. Aduersus hanc tentationem iuuat aspicerre positam à nobis vaticiniorum & euētuum conuenientiam, quæ docet regnum Christi esse spirituale, docet pios ideo grauius affligi in hoc mundo, vt in eis corpus peccati crucifigatur, & vt admoneantur de futura gloria, in quam Christus victor nos suo tempore introducet. Neque alia vñquam fuit aut erit Ecclesiæ conditio in hoc mundo, quam vt cruce veluti igni quodam probetur, vt prophetæ & Apostoli testantur, & totius doctrinæ Ecclesiæ Dei consensus confirmat, & infinita sanctorum exempla comprobant. Spectro igitur felicitatis impiorum in hoc mūdo, oppo-

op  
te  
fco  
ria  
ne  
cre  
ang  
que  
per  
sust  
nibi  
per  
cuer  
sion  
cler  
cida  
etia  
qu  
tur  
sti:  
me  
mu  
tell  
mu  
ris  
Psa  
ex  
ter  
au

quam externa Ec-  
 redentium, & de-  
 Euangelio, anima-  
 tis instillat. Cum  
 ultos, qui sunt ex-  
 plentia, autem  
 , prospero que-  
 ra intuentur fidei  
 contemtu tantum  
 nt dubitare de con-  
 tinuantes, eos pe-  
 os felices & fortun-  
 dent, quam eos qu-  
 ibus confundantur.  
 ionem iuuat apica-  
 ticiorum & eru-  
 quæ docet regnum  
 docet pios ideo ga-  
 ndo, vt in eis corpus  
 & vt admoneantur  
 uam Christus vicem  
 oducet. Neque  
 t Ecclesia condit  
 vt cruce velutique  
 prophetæ & Apo-  
 doctrinæ Ecclesia  
 ut, & infinita san-  
 obant. Specie  
 min hoc modo,  
 oppo-

opponamus cum Dauide veram felicitatem, eamq; perpetuo duraturam in Christo Iesu. Cruci Ecclesiæ opponamus gloriam. Contemtui opponamus adoptionem nostri in filios Dei. Cum paucitas credentium & defectio multorum ab Euangelio offendit, cōfirmemus nos verbo, quo hæc paucitas & defectio prædicta fuit per Prophetas, Christum & Apostolos: sustétemus nos exemplis piorum, qui omnibus temporibus fuere paucissimi. Semper enim optima quæque paucissimis placuere. Erigamus nos consolatione promissionis, quod non sit prorsus abolenda Ecclesia in hac vita, etsi multi in ea trucidantur à tyrannis, & quod illi ipsi qui etiam trucidantur, in hoc ipso sint beati, quod persecutionem & mortem patiantur propter confessionem nominis Christi: imo gaudeamus nos isto pacto conformes fieri filio Dei, vt olim cum eo regnemus in gloria. Si enim patimur cum illo, teste Apostolo, etiam cum illo regnabimus, & percipiemus fructum nostri laboris cum gaudio, iuxta Dauidis vaticinium. Psal. 126. Qui seminant in lachrymis cum exultatione metent: Eentes eunt & flentes portant preciosum semen: venientes autem venient cum exultatione portantes

M 5 mani-

manipulos suos. Ut ergo Agricolæ non tantum mentem vertunt ad tempus sati-  
onis, quod est molestius & laboriosius:  
verum etiam ad lætissimum & iucundis-  
simum tempus quo laboris gratissimus  
fructus colligetur & percipietur: Ita nos  
non ad præsentes calamitates quas susti-  
nere cogimur in hoc mundo vertamus  
oculos, sed multo magis ad æternam glo-  
riam in Christo nobis promissam. Nam  
ut Paulus ait, 2. Cor. 4. Leue momentum  
afflictionis nostræ excellenter supra mo-  
dum æternum gloriæ pondus operatur  
nobis.

T E Λ O Σ.

Agricola non  
ad tempus sat.  
& laboriosus:  
im & incundif.  
oris gratissimus  
pietur: Ita novi  
itates quas ful-  
nundo vertamus  
ad aeternam glo-  
rificiam, Nam  
Leue momentum  
lenter supra mo-  
nundus operam.

94

10

N  
place  
abar

DA

De

Q v  
stasis,  
commu  
cii sunt  
mo: by  
trem, fi  
Sciendu  
men sub  
tiuum.  
tur: qu  
prebensi  
etiam c  
vnuersi  
pterean  
ē filiu  
dam in  
Domin  
ras agi  
positan  
manica  
conian  
Christe

# T Y P O G R A P H V S.

Ne obtrudereimus eintori vacuas pagellas,  
placuit locum ex Daimasceno subijcere , qui  
ab argumento libelli non esset plane alienus.

## D A M A S C E N V S L I B . I I I .

C A P . I I I I .

De modo antidoseos & alternatione.

*Q*vod igitur aliud est substantia, et aliud hypostasis, s<sup>e</sup>pissime solemus dicere, & quod substantia communem & contentiuam earum qua eiusdem speciei sunt hypostaseon, designat speciem, ut Deus, homo: hypostasis autem individuum ostendit, ceu patrem, filium, Spiritum sanctum, Petrum, Paulum. Sciendum igitur, quod deitatis & humanitatis nomen substantiarum, id est, naturarum est representativum. At Deus & homo & de una natura ordinatur: quemadmodum cum dicimus, Deus est incomprehensibilis substantia, & unus est Deus: sumitur etiam & de hypostasiis, vt particulariori suscipiente vniuersalioris nomen, vt cum dicit scripture: Propterea vnxit de Deus, Deus tuus. Ecce enim, patrem & filium ostendit. Et cum dicitur: Erat homo quidam in terra Ausitide, nam Iob solum ostendit. In Domino igitur nostro Iesu Christo, quia duas naturas agnoscimus, & unam hypostasin ex utraq<sub>z</sub> compositam, quando naturas respicimus, deitatem humanitatemq<sub>z</sub> vocamus. At verò quando ex naturis coniunctam hypostasin, quandoq<sub>z</sub> ex utrisque simul Christum nominamus & Deū & hominem secundū idem

4

10

idem, & Deum incarnatum, quandoq; verò ex vna partium, id est, naturarum, Deum solum, & filium Dei, & hominem solum, & filium hominis. Et quandoq; ex sublimibus solis, quandoq; ex solis humilibus: nā vnu s̄t, & hoc & illud similiter existens: hoc quidem, semper existens causaliter ex patre, illud verò, posterius homo factus, ob miserationem & amorem hominum. Diuinitatem igitur dicentes, non de illa nominamus ea quæ humanitatis sunt propria: nō enim dicimus deitatem, aut passibilem aut creatam. Neq; de carne, id est, humanitate, prædicamus ea quæ deitatis sunt propria: nam neq; dicimus carnem, id est, humanitatem increatam. At verò de hypostasi, siue ex vtraq;, siue ex vna naturarum eam nominamus, vtriusq; naturarum propria illi adiçimus. Nam Christus hoc quidem est, quod vtrung; simul, & Deus & homo dicatur, & creatus & increatus, & passibilis & impassibilis. Et quando ex vna naturarum filius Dei & Deus nominatur, suscipit consuetatē naturæ, id est, carnis propria, Deus passibilis nominatus, & Dominus gloriae crucifixus, non secundum quod Deus, sed secundum quod homo idem est. Et quando dicitur homo & filius hominis, suscipit diuina substantiæ propria, & glorificationes, puerulus ante secula, & homo sine principio, non secundum quod puer & homo, sed secundū quod Deus (qui est ante secula) factus est in nouissimis puer parvulus. Et iste modus est alternationis, alternatæq; attributionis vtriusq; naturæ, alterutri propria vicissim reddentis, propter hypostaseos identitatem, & ipsarum in inuidem immanentiam ac in sessionem. Secundum hoc possumus dicere de Christo, hic Deus noster in terra visus est, & hominibus conuersatus est, & homo iste increatus est, impassibilis & incircumscrip̄tus.

96  
et vero ex una  
solam, & filiam  
domini. Et quan-  
do ex solis humilibus  
er existens hoc qui  
ex patre, illud vero  
sitatem & amorem  
lucientes, non de dea  
sunt proprio eum  
in aut creatam. Ne  
ad dicamus ea que da-  
cimus carnem, id est  
vero de hypostasi, si  
ut aratum eam nomina-  
ria illi adspicimus. Nam  
truncus, simulacrum & De-  
& increatus, & pif-  
ido ex una naturam  
suscepit consumentia  
, Deus passibilis nom-  
inatus, non secundum  
ad hunc idem est. Si  
hunc suscepit dana-  
tiones, puerum ab-  
eo, non secundum qua-  
od Deus (qui est ante  
puer parvulus. Ego  
rimate, attributiones  
vias recipiam reddenti-  
m, & ipsarum in me-  
em. Secundum hos  
Deus noster in terra  
est, & homo sic  
cumscriptus.

4  
10








4

10



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 833 8° (A-trykket) copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.  
LN 833 8° (A-trykket) copy 1